126671

Pharmacopoea
Tolosana
1648.

— 1re Edition —

DUBOR Profeſſeur
en Medecine

Ex libris
Docteur Rességuet

CODEX MEDICAMENTARIUS


- Couverture du volume
- Ex-libris
- Page de titre
- Dédicace à Jean de Bertier : p. [V]
- Dédicace aux capitouls : p. [VIII]
- Extrait des registres du Parlement : p. [XII]
- Catalogue des médecins ayant participé à la rédaction de l'ouvrage : p [XIII]
- Avis au lecteur : p. [XIV]
- Index : p. [XV]
- Cap. I De medicamentis simplicibus in officinis servandis : pag. 1
- Cap. II De quibusdam nuncupationibus, plura uno titulo comprehendentibus, 9
- Cap. III Aquis stillatitiis, simplicibus, & compositis, 11
- Cap. IV De Syrupis, 17
- Cap. V De Syrupis mellitis, 26
- Cap VI De succis mellitis, 28
- Cap. VII De Conservis, 29
- Cap VIII De Eclegmatibus, 32
- Cap IX De medicamentis purgantibus compositis, selectissimis, ac primum de Electariis mollibus, 33
- Cap. X De Pilulis, 44
- Cap. XI De Trochiscis purgantibus, & alterantibus, 46
- Cap. XII De Pulveribus aromaticis, 52
- Cap. XIII De Antidotis humidis, 61
- Cap. XIV De Oleis, 69
- Cap. XV De Unguentis, 76
- Cap. XVI De Ceratis, 90
- Cap. XVII De Emplastris, 92
- Cap. XVIII Antiballomena, sive substituenda, 105
- Cap. XIX De aliquibus Chymicis compositionibus, & aliis simplicium medicamentorum praeparationibus, 108
- Cap. XX Monita circa Compositiones purgantes, 114

Res Red XVII B 126671
~~124080~~

# CODEX MEDICAMENTARIVS, SEV, PHARMACOPOEA TOLOSANA,

BIBLIOTHEQUE UNIVERSITAIRE TOULOUSE

AMPLISSIMI SENATVS AVTORITATE MVNITA,

EX MANDATO NOBILISSIMORVM ET VIGILANTISSIMORVM CAPITOLINORVM in lucem edita,

*Decano Profeſſorum Facultatis Medicæ,*
PONTIO FRANCISCO PVRPAN.

*IN HOC CODICE DESCRIBVNTVR MEDICAMENTA ſimplicia & compoſita, quæ à Pharmacopœis Toloſatibus confici, & in eorum Officinis aſſeruari debent, pro ſalute ciuium.*




TOLOSÆ,
Apud ARNALDVM COLOMERIVM, Regis, & Academiæ Toloſanæ Typographum.
M. DC. XLVIII.

BIBLIOTHEQUE UNIVERSITAIRE TOULOUSE



# ILLVSTRISSIMO VIRO,

## DOMINO

# IOANNI DE BERTIER,

## EQVITI, COMITI CONSISTORIANO, SENATVS TOLOSANI PRINCIPI, DOMINO DE MONTRABE.

*MIRARI ſatis vmquam nemo poterit,* PRINCEPS SENATVS ILLVSTRISSIME, *humanitatem tuam animi magnitudini coniunctam; quæ pari ſtudio pauperum & ægrotantium curam ſuſcipit, & Medicos adeſſe vndequaque iubet, qui morbis profligandis apta præſcribant peritiſsimis Pharmaciæ Magiſtris. Quo in negotio honorem occupas cæleſtibus proximum, cùm ad eos nulla re propiùs homines accedant, quàm ſalutem ægris dando: ſic enim tantæ opes reſtituuntur, vt per eas externæ quoque fortunæ obtineri poſsint, illorúmque vſus iucundus atque*

*dulcis habeatur. Quare vt tuo imperio obtemperans hanc* PHARMACOPŒAM TOLOSANAM, *ſic iam in publicum prodire volui, vnamimi Collegij Medici conſenſu, vt nec te conſilij, nec me peniteat obſequij, publicæque ſaluti conſulere, vt æquum, ſic glorioſum duxi, & Auguſtum,* PRINCEPS SENATVS ILLVSTRISSIME, *tuum nomen fauſtum omen proferens, huic opellæ præfigere, quò apud omnes conſtet* CELSITVDINEM TVAM *nihil antiquius habere, quàm vt omnibus proſit, útque hoc ſit meæ erga beneficentiſsimum Dominum meum obſeruantiæ monumentum, & quandiu vixero mihi liceat gloriari nomine Medici,*

Tuæ Celſitudinis,

Fidiſſimi, & ſerui Obſequentiſſimi,
PONTII FRANCISCI PVRPANI.




BIBLIOTHÈQUE UNIVERSITAIRE TOULOUSE

# NOBILISSIMIS, AC VIGILANTISSIMIS CAPITOLINIS OCTVM-VIRIS,

Nobili PETRO D'AVRIOL, Domino del Recebedou.
Magiſtro IACOBO DE CASSAIGNAV Aduocato, & Domino de Pinemont.
Nobili IOANNI FRANCISCO DE RAMONDY.
Nobili LEONARDO DE BRIVASAC.
Magiſtro GEORGIO D'OLIVE Aduocato, & Domino de Bruguieres, & de ſancto Saluatore.
Magiſtro BERNARDO DE TISSENDIER Aduocato.
Magiſtro IOANNI PARRIN Aduocato.
Nobili ANTONIO DE FERMAT.

*REPENTE perquirentes*, CAPITOLINI VIRI VIGILANTISSIMI, *num Magiſtri Pharmacopolæ haberent apud ſe non aliundè emendicatas compoſitiones præcipuas, purgantes, cardiacas, & alterantes; quamquam plures illorum Officinas optimè inſtructas coram vobis offenderint Medicinæ Profeſſores: probaſtis tamen hoc facto vobis ineſſe ſæpius laudatam hanc curam, quæ*

*præſcribit cordatis viris, vt illis ſalus populi ſuprema lex ſit: qua eadem cura faciente monuiſtis facultatem Medicam, vt quamprimùm* PHARMACOPŒAM TOLOSANAM *deſcriberet, ne ex arbitrio cuiuſque corrumperetur integritas præceptricum chartularum præcipuorum medicamentorum in tanta varietate deſcriptorum; ſic qui in compoſitione purgante medicamenti alicuius ſimplicis quantitatem augeret, vt magis profuſa vacuatione peracta fidem faceret apud imperitos, ſibi quàm alijs præſtantiora medicamenta eſſe, is certè multùm falleret præſcribentis Medici votum, ſuperpurgationes moueret, & maximè Toloſæ, cuius incolæ obnoxÿ ſunt fluxui nimio Hæmorrhoïdũ, fluxui Hepatico, Dyſenteriæ, nec non Diarrheæ; quia purgantia effera niſi ſuis correctiuis & roborantibus ſtipentur innoxia eſſe non poſſunt. Deſcriptionéſque purgantium compoſitionum, duplicata baſi purgantis medicamẽti non etiam geminata correctiuorũ & roborãtium doſi, in detrimentum ægrotantium cedunt. Cùm igitur cognitis his incommodis optauerint Magiſtri de meliori nota, qui dictis, præſcriptíſque Medicorum præcipientium obſequi ſolent; vt nutantem iampridem ac fluctuantem, & penè pereuntem cum artificum nonnullorum ignauia, tum miniſtrorum artis licentia, Pharmaceuticen præceptis noſtris, velut iacta anchora firmare tan-*

*dem aliquando, ac ſtabilire niteremur.*

*Reuocaui me ad veterum conſilia, Collegas etiam meos conuocaui, veteranos quoque & iuniores Medicos, vt vobis quaſi de multorum conſilio reſponderem, túncque Schola Medica Toloſatum, Senatusconſulto, &* VIGILANTISSIMORVM CAPITOLINORVM *mandatis obtemperans, optimorum quoque votis annuens, rogauit me vt euulgarem hocce Opuſculum Pharmaceuticum, quod medicamenta ad vſum totius Ciuitatis neceſſaria conſenſu vnanimi Collegij Medici ſelecta, paranda contineret, & incertum hactenùs, miniméque conſtitutum numerum remediorum, præſertim compoſitorum definiret, quod deprauata ſuperioribus ſeculis reformaret, & ea tantùm, quæ neceſſaria ſunt ad omnes ſeorſum affectus contra naturam dicata Pharmaca comprehenderet; vbique noſtratia, peregrinis & exoticis, cognita ignotis, certa incertis, manifeſta occultis anteponenda cenſui. Quæ rectè iudicantium rationi conſentanea viſa ſunt, illibata retinui; quæ ſecus habere deprehendi, tamquam abrogata reliqui, atque vt nonnulla coëgit ratio, ſic plurima iuſsit experientia corrigere. Tamen ſi imperitorum prauitates perpendimus, nihil tam manifeſtæ vtilitatis eſt, quod non in contrarium transferat culpa; errantium multitudo non dat errori patrocinium. Quid illinc non exoriatur diſpenſandi inprimis, & pro his altera ſuppo-*

*nendi pernicioſa libertas, quæ pro antidotis venena ſubinde propinat; fæces præterea emi contingit, ſordes vendi. Vnde nec Medicis tutum offerre, neque ſalutare ægris pharmaca ſumere; quibus malis itur obuiam ſtatutorum artis Pharmaciæ obſeruatione, emptis optimis, & ſelectis ſimplicibus medicamentis, ſingulis Maio & Iunio menſibus inſpectis, & incudi redditis compoſitionibus. Suſcipite igitur*, Capitolini viri Nobilissimi et vigilantissimi, *quam optaſtis Pharmacopœam, & quam venientem obuijs excepiſtis vlnis. illam porrò fouete benignè, defendite ſeriò. Vos incolumes bono publico diu perſtare animitùs, cordicitúſque optat,*

PONTIVS FRANCISCVS PVRPAN,
Profeſſorum Medicinæ Decanus, vnà cum Collegis Toloſatibus Medicis vobis addictiſſimis.

# EXTRAICT DES REGISTRES *de Parlement.*

SVR la Requeſte preſentée par le Procureur General du Roy, Contenant qu'au prejudice des Reglemens & Arreſts de la Cour, dõnez pour l'exercice de la Medecine, les Apothicaires & Chirurgiens & autres perſonnes s'ingerent d'ordonner des medicamens, ce qui cauſe vn grand deſordre, confuſion, & des dangereuſes ſuites; & que d'ailleurs leſdits Apothicaires ne gardent aucune meſure, ny forme en la compoſition de leurs medicamens; de ſorte que les Medecins ne peuuent juger de l'effet & vertu des drogues, pour eſtre diuerſement preparées, ce qui produit diuers inconueniens, à quoy il ne peut eſtre pourueu que par l'aduis des Medecins, il ne ſoit dreſſé vn Diſpenſaire de tous les medicamens & compoſitions que les Apothicaires doiuent auoir en leurs Boutiques; ſuiuant lequel il leur ſera enjoint de compoſer & preparer les medicamens dans vn meſme ordre, auec defenſes d'en tenir d'autres: Requerant que par la Cour y ſoit pourueu. LA COVR ayant égard à ladite Requeſte, a fait inhibitions & defenſes auſdits Apothicaires & Chirurgiens, & à tous autres, qu'aux ſeuls Docteurs en Medecine, de s'ingerer à la diſpenſatiõ des medicamẽs, ſans ordonnance, ou ordre deſdits Docteurs en Medecine, ſous les peines portées par les Ordonnances: & neantmoins a enjoint & enjoint aux Profeſſeurs en la faculté de Medecine, & autres Docteurs en icelle, de s'aſſembler dans huictaine apres la ſignification du preſent Arreſt, pour entr'eux dreſſer vn Diſpenſaire de tous les medicamens neceſſaires aux Boutiques deſdits Apothicaires, & la forme, & comme ils doiuent eſtre preparez, lequel ſera imprimé & exactement gardé par leſdits Apothicaires, auſquels ladite Cour a enjoint & enjoint ſuiuant iceluy, de preparer leurſdits medicamens & compoſitions: & procedant à ladite compoſition des principaux & plus importans medicamens, ils ſeront tenus d'appeller vn des Profeſſeurs en ladite faculté de Medecine, & vn de leurs Bailes, ſans que pour raiſon de ce ils puiſſent pretendre aucun ſalaire, à peine de mille liures, & autre arbitraire. Enjoint aux Capitouls de faire tous les ans au mois de Iuin ou Iuillet, la viſite des Boutiques deſdits Apothicaires en la forme accouſtumée, appellé vn des Profeſſeurs en Medecine. Prononcé à Toloſe en Parlement le vingt-huictiéme May, mil ſix cens quarante-huict.

DE MALENFANT.

# CATALOGVS TOLOSATVM MEDICORVM.

PONTIVS FRANCISCVS PVRPAN, Medicinæ Profeſſorum Decanus.
IOANNES LECOQ, Medicinæ Profeſſor.
ANTONIVS LA VOLVENE, Anatomicus, & Botanicus Profeſſor.
LVDOVICVS QVEIRATIVS, Artium Liberalium Profeſſor.
MELCHIOR CARTIER, Medicorum Decanus.
SEBASTIANVS DE LABADIE.
EMANVEL LANGLADE.
DOMINICVS DE MVLATIER.
PETRVS FAVRE.
ANTONIVS BOVDET.
IOANNES CARTIER.
DANIEL RIORDAN.

*QVid iuuat extremas orbis percurrere partes,*
*Vt valeas ægris ferre ſalutis opem?*
*Omnia ſic poſuit ſtudio natura ſagaci,*
*Nulla vt ſit regio dotibus orba ſuis.*
*Non eadem cunctas illuſtrant ſydera terras,*
*Nec ſimili radio Phœbus vbique calet.*
*Vt varia eſt victus ratio, & clementia cœli,*
*Sic & morborum non modus vnus erit.*
*Quæque ſuam hinc regio medicandi poſtulat artem,*
*Prouidet & morbis quælibet ora ſuis.*

# LECTORI.

OFFICINAM Pharmaciæ inſtruimus, quam Fernelius multis præceptis ſtabiliuit, Syluius præparationibus illuſtrauit; Rondeletius compoſitionib' locupletauit, Vecherus laborioſus trăſcriptor confectionibus aptis ornauit, & ineptis onerauit: nobis ſelectiorum medicamentorum deſcriptiones ſufficiant, quæ per patientiam maioribus noſtris genius ipſe loci docuit, quæ complendæ Pharmacopœæ, & omnium morborum cauſis ſubmouendis ſatis eſſe poſſe videntur. His conſultò prætermiſſis compoſitionibus, quæ ex tempore fieri poſſunt, aut quarum ſimplicia viribus integris ſemper reperiuntur: Quæ verò medicamenta compoſita ad ſingulares morbos facere creduntur omiſimus, eò quòd ex *deſcriptis* generalibus varie compingi poſſint, & adiectis aliis ſimplicibus idoneis concinnari. Remediorum dotes, doſéſque melius eſſe ſubticere duximus, ne puero gladium, ne quod pleriſque benefactum creditur, in hominum iniuriam, ſuámque perniciem malè vtentium furor aut libido detorqueat, inſcitia probro vertat. Quas aquas imperamus parandas, macerari volumus, vt vires herbarum potentiùs extrahantur. In ſyrupis quibus ab acore, vel odore gratia eſt, à coctione cauendum cenſemus: idem faciendum ſuademus in pilulis aloëphanginis, quæ ſuam vim aromatibus debent. In pulueribus pro ſeminibus maioribus, minora ſubſtituenda exiſtimamus, quòd maiora breui ranceſcant, & putreſcente ſucco teredines pariant. His igitur quæ mole perexigua ſunt, virium vbertate maxima, ſi quid ſcimus, aut ſapimus, fruere Lector, boníque conſule, & vale.

# INDEX CAPITVM
# CODICIS HVIVS MEDICAMENTARII.

Cap. I. De medicamentis ſimplicibus in officinis ſeruandis. pag 1.
Cap. II. De quibuſdam nuncupationibus, plura vno titulo comprehendentibus, 9.
Cap. III. Aquis ſtillatitijs, ſimplicibus, & compoſitis. 11.
Cap. IV. De Syrupis, 17.
Cap. V. De Syrupis mellitis. 26.
Cap. VI. De ſuccis mellitis, 28.
Cap. VII. De Conſeruis, 29.
Cap. VIII. De Eclegmatibus, 32.
Cap. IX. De medicamentis purgantibus compoſitis, ſelectiſsimis, ac primùm de Electarijs mollibus, 33.
Cap. X. De Pilulis, 40.
Cap. XI. De Trochiſcis purgantibus, & alterantibus, 46.
Cap. XII. De Pulueribus aromaticis, 52.
Cap. XIII. De Antidotis humidis, 61.
Cap. XIV. De Oleis, 69.
Cap. XV. De Vnguentis, 76.
Cap. XVI. De Ceratis, 90.
Cap. XVII. De Emplaſtris, 92.
Cap. XVIII. Antiballomena, ſiue ſubſtituenda. 105.
Cap. XIX. De aliquibus Chymicis compoſitionibus, & alijs ſimplicium medicamentorum præparationibus, 108.
Cap. XX. Monita circa Compoſitiones purgantes, 114.

# CODICIS MEDICAMENTARII,

## CAPVT PRIMVM.

*ORdo huius Codicis erit; vt quæ medicamenta intus ſumuntur priùs exponantur; quæ verò extrinſecus adhibentur, vltimo loco deſcribantur: ſeries enim verborum & præceptionum docet, & quaſi loquendo demonſtrat: quod vt perfectiùs fiat proponemus obiter medicamenta ſimplicia, maxima ex parte in Officinis ſeruanda.*

## EX PLANTIS.

### RADICES.

ALtheæ.
Acori.
Angelicæ.
Ariſtolochiæ rotundæ.
Aſari.
Aſparagi.
Biſtortæ.
Bryoniæ.
Caryophyllatæ.
Chinæ.
Conſolidæ maioris.
Contra-yervæ.
Cyperi longi, & rotundi.
Dictamni albæ, *ſeu*, Fraxinellæ.
Ebuli.
Eryngij.

Fœniculi.
Galangæ.
Gentianæ.
Glycyrrhizæ.
Graminis.
Helenij.
Hellebori albi & nigri.
Hermodactylorum.
Ialappæ.
Iridis Florentinæ, & noſtratis.
Mandragoræ.
Mechoacanæ.
Meü.
Nympheæ.
Ononidis.
Pæoniæ maris.
Pentaphylli.
Phu, *ſeu*, Valerianæ.
Petroſelini.
Pimpinellæ.
Polypodij quercini.
Pyrethri.
Rhabarbari.
Rhapontici.
Rubiæ tinctorum.
Ruſci.
Saxifragiæ.
Scorzoneræ.
Scillæ.
Spicæ Nardi Celticæ, & Indicæ.
Tormentillæ.
Turbith.
Zedoariæ.
Zarzæparillæ.
Zingiberis.

*His ſubiungere poſſumus fungum, nempe Agaricum.*

## CORTICES.

Aurantiorum.
Citriorum.
Caſſiæ ligneæ.
Cinamomi.
Fraxini.
Granatorum.
Ligni Guajaci.
Macis.
Radicum Capparum.
Tamariſci.

## LIGNA.

Aloës.
Aſpalathum.
Guajacum.
Nephriticum.
Rhodium.

Santalum album, citrinum, & rubrum.
Saſſafras.
Viſcus quercinus.

FOLIA, & HERBÆ.

ABrotanum mas.
Abſinthiũ romanum.
Ponticum, & tenuis folij.
Adianthum.
Anethi ſummitates.
Arthemiſia.
Betonica.
Capillus Veneris.
Carduus benedictus.
Ceterach.
Cauda equina.
Chamæpythis.
Chamædrys.
Centaurium minus cum floribus.
Dictamnus Cretica.
Epithymus.
Eupatorium aquaticum.
Euphragia cum floribus.
Fumaria.
Hyſſopus.
Laurus.
Lupulus.
Majorana.
Malua.
Marrubium.
Matricaria.
Meliſſa.
Mentha criſpa, & aquatica.
Mercurialis.
Origanum Creticum, & vulgare.
Parietaria.
Perſicaria.
Piloſella.
Polium montanum.
Polytrichum.
Pulegium.
Pulmonaria.
Ros marinum.
Ruta. Ruta muraria.
Sabina.
Saluia.
Scordium.
Senna.
Serpyllum.
Thymus cum floribus.
Verbaſcum.
Verbena.
Veronica.

## FLORES.

BAlauſtia.
Betonicæ.
Borraginis.
Bugloſſi.
Calendulæ.
Caryophylli.
Chamæmeli.
Croci.
Geniſtæ.
Macis.
Meliloti.
Nympheæ albæ.
Pæoniæ.
Papaueris erratici.
Roriſmarini.
Roſarum rubrarum.
Saluiæ.
Sambuci.
Schœnanthos.
Stœchadis Arabicæ.
Tiliæ.
Verbaſci.
Violarum.

## SEMINA.

ACetoſæ.
Agni caſti.
Altheæ.
Ameos.
Anethi.
Aniſi.
Apij.
Aquilegiæ.
Aſparagi.
Atriplicis.
Bardanæ.
Baſiliconis.
Berberorum.
Bombacis.
Cannabis.
Cardamomi minoris.
Cardui benedicti.
Carthami.
Cicerum rubrorum.
Citri.
Citrulli.
Coriandri.
Cubebarum.
Cucumeris.
Cumini.
Cucurbitæ.
Cydoniorum.
Dauci.
Endiuiæ.
Ebuli.
Fœnugræci.
Fœniculi dulcis,& vulgaris

Fumariæ.
Geniſtæ.
Grana paradiſi.
Hordeum integrum & mundatum.
Hyperici.
Hyoſcyami albi.
Lactucæ.
Leuiſtici hypoſelini, *ſeu* oleris atri.
Lini.
Lupini.
Malvæ.
Melonum.
Millij Solis.
Napi.
Naſturtij.
Nigellæ.
Nuclei Perſicorum.
Ocymi.
Orobi.
Papaueris albi & nigri.
Petroſelini Macedonici, & vulgaris.
Pæoniæ.
Plantaginis.
Portulacæ.
Pſyllij.
Raphani.
Ruſci.
Rutæ.
Santonici.
Saxifragiæ.
Scariolæ.
Sileris montani.
Sinapi.
Staphiſagriæ.
Sumac.
Violarum.
Vrticæ.

## FRVCTVS.

ALchekengi, *ſeu*, Halicacabi.
Amygdalę amarę & dulces.
Berberis.
Capita papaueris.
Carpobalſamum.
Caryophylli.
Caſſia fiſtularis.
Colocynthis.
Dactyli.
Ficus.
Gallæ.
Glandes.
Iujubæ.
Iuniperi Baccæ.
Kermes grana, *ſeu*, Coccus Baphica.

Lauri Baccæ.
Meſpila immatura.

Myrabolani.
- Belliricæ.
- Chebulæ.
- Citrinæ.
- Emblicæ.
- Indæ.

Myrtilli.

Nux
- Cupreſſi.
- Moſchata.
- Vomica.

Nuclei pinei.
Nuclei Perſicorum.

Paſſulæ
- maiores.
- minores.

Piper album, nigrum, & longum.
Piſtacia.
Pruna.
Sebeſten.
Siliquæ dulces.
Tamarindi.

## FARINÆ.

Hordei.
Fabarum.
Fœnugræci.
Lupinorum.
Lentium.
Lini.

## SVCCI LIQVIDI.

Agreſtæ, *ſeu*, Omphacium.
Berberorum.
Cydoniorum.
Fumariæ.
Granatorum.
Limonum.
Pomorum redolentium.
Roſarum rubrarum.
Roſarum pallidarum.

## SVCCI CONDENSATI.

Acacia vera.
Aloë.
Ammoniacum.
Amylum.
Aſſa fœtida.
Balſamum Peruvianum.
Bdelium.
Benzoïnum.
Bitumen Iudaïcum.
Caphura.
Colophonia, reſina, ſiccior.
Elaterium.
Euphorbium.
Eu atorij aquatici ſuccus.
Galbanum.
Glycyrrhizæ ſuccus.

Gummi Arabicum.
Gummi ceraſorum.
Gummi elemnij.
Gummi hederæ.
Hypocyſtidis ſuccus.
Lacca.
Ladanum.
Liquidambar.
Manna.
Maſtiche.
Myrrha.
Opium.
Opobalſamum.
Opopanax.
Pix Burgundiaca.
Reſina { Abietina.
Laricea.
Pini.
Terebinthina.
Saccharum album, rubrum candum.
Sagapenum.
Sandaracha Arabum, *ſeu*, Gummi Iuniperinum.
Sanguis Draconis.
Sarcocolla.
Scammonium.
Styrax Calamita.
liquida.
Succinum album.
citrinum.
Tacamahaca.
Tartarum vini albi.
Thus.
Tragacanthum.

## ANIMALIA, EORVM PARTES, ET EXCREMENTA.

*Adipes.*

Anatis.
Anſeris.
Cerui.
Gallinæ.
Hirci.
Hominis.
Suis.
Taxi.
Vrſi.
Viperarum.
Bezaar Orientalis.
Bezaar Occidentalis.
Cancri fluuiatiles.
Cantharides.
Caſtoreum.
Cera alba.
Cera flaua.
Cornu cerui.

Cranium hominis.
Ebur.
Folliculi Bombicini.
Hirci ſanguis præparatus.
Ichthyocolla.
Lucij mandibulæ.
Mel.
Moſchus.
Mumia.
Oeſipus humida.
Propolis.
Sanguiſugæ.
Scincus.
Sepiæ os.
Seuum hircinum.
Sperma Ceti.
Spodium ex ebore.
Vnicornu.
Vngula Alcis.
Zibettum.

## EX MINERALIBVS, METALLIS, ET LAPIDIBVS.

Ærugo.
Æs vſtum.
Alumen rupeum.
Plumeum.
Vſtum.
Antimonium.
Argentum foliatum.
Argentum viuum.
Arſenicum album.
Aurum foliatum.
Auri pigmenta.
Bolus { Armena. Vulgaris. Alba.
Borax.
Ceruſa.
Chalcitis.
Chalybs præparatus.
Chryſocolla.
Cryſtallus.
Granatus.
Gypſum.
Hyacinthus.
Lapis { Armenius. Calaminaris. Hæmatites. Lazuli.
Lithargyrus argenti.
Lithargyrus auri.
Magnes.
Plumbum vſtum.
Pompholyx.
Rubinus.
Sal ammoniacus.
Gemmæ.
Petræ, *ſeu*, Nitrum.
Sapphirus.

Sardus.

Sardus.
Smaragdus.
Sublimatum.
Sulphur vtrumque.
Terra Lemnia.
Tuthia.
Vitriolum album.
Hungaricum.
Romanum.
Vitrum antimonij.
Viride æris.

MARINA.

AMbra griſea.
Blatta Byzantia.
Coralli albi.
Rubri.
Corallina.
Dentali.
Entali.
Margaritæ.
Pumex.
Spongia.

## CAPVT II.

*De quibuſdam nuncupationibus, plura vno titulo comprehendentibus.*

QVINQVE RADICES APERIENTES.

PEtroſelini.
Apij.
Fœniculi.
Aſparagi.
Ruſci.

*Tres radices temperatæ.*

Graminis, Ruſci, Aſparagi.

*Quatuor herbæ emollientes.*

Althea.
Malua.
Violaria.
Branca vrſina.

*Aliæ herbæ emollientes.*

Mercurialis.
Atriplex.
Beta.
Parietaria.

*Quinque herbæ capillares.*

Capillus Veneris.
Lingua ceruina.

Polytrichum, *ſeu*, trichomanes.
Saluia vitæ, *ſeu*, ruta muraria.
Scolopēdriū, *ſeu*, Ceterach.

*Tres flores cordiales.*

Borraginis.
Bugloſſæ.
Violarum.

*Tres flores calidi communes.*

Chamæmeli.
Meliloti.
Anethi.

*Quatuor ſemina frigida maiora.*

Cucurbitę.
Cucumeris.
Melonum.
Citruli.

*Quatuor ſemina frigida minora.*

Endiuiæ.
Scariolæ.
Lactucæ.
Portulacæ.

*Quatuor ſemina calida maiora.*

Aniſi.
Fœniculi.
Cymini.
Carui.

*Quatuor ſemina, calida minora.*

Amomi.
Ammeos.
Dauci.
Apij.

*Quinque fragmenta pretioſa*

Sapphiri.
Granati.
Smaragdi.
Hyacinthi.
Sardæ.

*Quatuor Aquæ cordiales.*

Roſarum.
Borraginis.
Bugloſſi.
Scabioſæ.

*Quatuor Vnguenta calida.*

Altheæ.
Aregon.
Agrippæ.
Martiatum.

*Quatuor Vnguenta frigida.*

Album Rhaſis.
Roſaceum.
Citrinum.
Populeum.

*Tria Olea ſtomachica.*

Abſinthij, *vel*, Menthæ.
Cydoniorum.
Maſtichinum.

## CAPVT III.

## DE AQVIS STILLATITIIS.

### AQVA FOLIORVM CICHORII:

RECIPE. Herbam illam virentem legitimo tempore lectam, & expurgatam, antequàm ſemine prægnans ſit, minutim concidatur & tundatur in mortario lapideo cum piſtillo ligneo; poſteà in linteum coniecta torculari ſubigatur, dum ſuccum profundat, qui ſtatim in vaporarium vitreum conijciendus eſt, cui ſtillans capitellum inducatur, luto tenaci obſignatum, è cuius ceruice receptaculum propendeat diligenter obſeratum.

Cucurbita autem in cacabum æneum aqua refertum igni ſuperpoſitum ſic immitti debet, vt fundum eius non attingat: quod commodè fiet, ſuppoſito aliquo circulo ferreo cui innitatur.

Cacabo aptari debet operculum æneum, quod ſit peruium foraminibus debitæ magnitudinis, vt emergentes per ea foramina cucurbitæ debitam inter ſe ſeruent diſtantiam.

Præterea in operculi angulis duo eſſe oportet foramina longè à cucurbitis diſſita, quæ modò obturari, modò aperiri debent ad caloris in balneo contenti ventilationem, exeunte calidiori vapore, ſubingreſſu aëris frigidioris. ſimili ratione elicientur,

Aquæ { Lactucæ,<br>Portulacæ,<br>Fumariæ,<br>Scabioſæ,

Vlmariæ,
Cardui benedicti,
Borraginis,
Scorzoneræ
Acetoſæ,
Scordij,
Plantaginis,
Betonicæ,
Euphragiæ,
Fœniculi,
Menthæ,

## AQVA SALVIÆ.

EDucitur è Saluiæ folijs,& floribus recentibus,*quæ dum contundentur vni libræ ſenſim affundi debent* vini albi, vnciæ quatuor.

*Deinde eo ſucco madentia in fictile vas reconduntur, & operiuntur loco tepido per triduum: poſteà prælo ſuccus exprimitur, qui turbidus ſtatim in vaporarium mittitur in balneo Mariæ immergendum.*

Similiter fere dicuntur,

Aquæ foliorũ { Hyſſopi,
Meliſſæ,
Arthemiſiæ,
Prĩmulæ veris,cum ſuis floribus.

*Quæ æqualibus aquæ & vini albi partibus irrorari debent, id eſt*, ana vnciis duabus ſuper librã vnã *herbarum contundendarum: vas quod materiam diſtillandam continet, ab igne ſubducendum eſt, finiſque diſtillationi imponendus eſt, priuſquàm omni hu-*

*more defraudatæ ſint, & dum adhuc multo humore circumfluunt.*

## AQVÆ COMPOSITÆ.

### AQVA THERIACALIS.

RECIPE, Rad. enulę campanæ, & angelicæ, ana, Vncias quatuor.
Seminis Cardui Benedicti.
Cariophyllorum,
Granorum iuniperi, ana, Vnciam vnam.
Scordij,
Vlmariæ,
Meliſſæ,
Betonicæ, ana, manipulum I.

*Fiat decoctio in qua colata ad libras quatuor infunde diem integrum* Mithridatij & Theriacæ, ana Vnciam vnam, *ponantur in Alembico vitreo, & fiat diſtillatio in balneo Mariæ. Aqua diſtillata ſeruetur ad vſus neceſſarios.*

### AQVA ANTIEPILEPTICA.

RECIPE, Radicum Pæoniæ maris ſiccatarum, libram ſemis.
Angelicæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Foliorum Origani,
Rutæ, ana Vnciam vnam.
Saluiæ,
Florum Pæoniæ maris.
Betonicæ,
Liliorum conuallium.

Roris marini,
Tiliæ, ſiccatorum,
Seminum Ammios,
Nigellæ, ana, Vnciam vnam,
Pæoniæ, Vncias duas,
Caſſię ligneę,
Cariophyllorum,
Cardamomi minoris.
Nucis moſchatę, ana, drachmas duas.

*Pulueratis craſſè puluerandis affunde* aquę vitę libras octo: *macerentur per octo dies vaſe bene clauſo, deinde colentur per ſetaceum denſum: colatura ſeruetur in vitreo nimbo bene obturato.*

## AQVA HYSTERICA.

RECIPE. Radicum Bryonię ſiccatarum Vncias duas.
Foliorum Arthemiſię,
Dictamni Creticę,
Matricarię,
Nepetę,
Ocymi,
Pulegij,
Rutę,
Sabinę, in vmbra ſiccatorum, vnciam ſemis.
Myrrhę,
Caſtorei, ana drachmas tres.
Croci, drachmam vnam.

*Puluerata macerentur per octo dies in aquæ vitæ libris tribus: deinde per denſum ſetaceum colentur, colatura ſeruetur in nimbo vitreo bene obturato.*

## AQVA CLARETA.

RECIPE. Aquę vitę optimę, libram ſemis.
Aquę Roſarum, Vncias quatuor.
Sacchari, Vncias tres.
Cinamomi, Vnciam vnam.
*Traijciantur ter per manicam Hippocratis, fiat Clareta.*

## AQVA CINAMOMI.

RECIPE. Cinamomi ſelecti,
Aquę Roſarum, ana libram vnam.
Vini albi optimi libras quatuor.
*Simul infundantur ſuper cineres calidos per diem integrum in vaſe vitreo operculato, vt nihil exſpiret: poſteà diſtillentur igne Cinerum.*

## ALIA AQVA CINAMOMI.

RECIPE. Cinamomi contuſi libram ſemis.
aquę hordei libras quatuor,
*Diſtillentur in Balneo Mariæ quamdiu aqua exiens lacteum ſeruat colorem.*

## AQVA ALVMINOSA.

RECIPE. Succorum plantaginis,
Portulacę,
agreſtę,
aluminis rupei, ana libram vnam.
albumina ouorum duodecim.
*Agitentur omnia ſimul bacillo, & balneo Mariæ diſtillentur; aqua elicita inſoletur per octo dies, & ſeruetur ad vſum.*

## ACETI SPECIES, QVÆ SVNT MAGIS IN VSV.

Acetum commune,
Acetum roſatum,
Acetum ſtillatitium,
Acetum ſcilliticum,

## ACETVM ROSATVM SIC FIT.

RECIPE. Roſarum rubrarum in vmbra per triduum exſiccatarum, libram vnam.
Aceti optimi, libras duodecim.
*Inſolentur diebus quadraginta, deinde acetum coletur, & vſui reponatur.*

## ACETVM SCILLITICVM.

RECIPE. Radicum scillę in taleolas ſectarum in vmbra per quadraginta dies ſiccatarum libram vnam: ſuperaffunde aceti vini albi, libras octo.
*Inſolentur æſtiuo tempore per dies quadraginta in vaſe vitreo: deinde acetum à fecibus repurgatum in lagenis bene occluſis ſeruabitur.*

## ACETVM STILLATITIVM.

RECIPE. Aceti optimi quantùm ſatis ad implendam tertiam partem cucurbitę.
*Imponatur vas ſuper cineres calidos, vt lento igne diſtilletur phlegma: deinde ſenſim augendo luculento igne liquor extrahatur, in plurimos vſus aßeruandus.*

CAPVT

## CAPVT IV.

# DE SYRVPIS.

### SYRVPVS VIOLACEVS.

RECIPE. Florum violarum recentium mundatarum à caliculis, & contuſarum, Vncias decem.

Aquæ electæ, Vncias quadraginta.

*Fortiter per linteum exprime, expreſſo liquori adde æqualem ſacchari puluerati quantitatem, vt continua agitatione redigantur in conſiſtentiam Syrupi.*

### SYRVPVS DE TVSSILAGINE.

RECIPE. Tuſſilaginis recentis manipulos ſex capillorum Veneris, manipulos duos hyſſopi munipulum vnum liquiritæ raſæ, Vncias duas.

*Coquantur in libris quatuor aquæ ad quartæ partis conſumptionem; decoctio coletur & clarificetur cui adde ſacchari albiſſimi libras tres fiat Syrupus perfectè coctus.*

### SYRVPVS FLORVM PERSICORVM.

RECIPE. Florum Perſicorum recentium, libram vnam.

*Macerentur in aquæ libris tribus tepidè per duodecim horas; deinde bulliant parum & exprimantur, idque quinquies iteretur: poſtremæ colaturæ ad libras tres adde ſacchari libras duas & fiat Syrupus, vt artis eſt.*

### SYRVPVS ROSATVS SOLVTIVVS.

RECIPE. Roſarum pallidarum recentium, libras ſex.

*Infunde per horas octo in vaſe ſtricti oris cum aquæ tepidæ*

*libris quindecim, dein colentur:*

*Tum par quantitas aliarum roſarum recentium in aquæ pari quantitate maceretur, & rurſus coletur, idque iteretur nouies. Nonæ ac poſtremæ infuſioni colatæ addatur æquum ſucchari pondus & fiat Syrupus ſecundum artem.*

## SYRVPVS DE PAPAVERE.

RECIPE. Capitum papaueris albis & nigri, magnitudine mediocrium & recentium, ana drachmas ſexaginta.

*Macerentur per diem integrum in aquæ libris quatuor, donec tabeſcant: in colatura ad libram vnam & ſemis adde ſacchari, & penidiarum ana vncias ſex: coquantur in conſiſtentium Syrupi.*

## SYRVPVS PAPAVERIS ERRATICI.

RECIPE. Infuſionis florum papaueris erratici, bis in die iteratæ libras duas, ſacchari albiſſimi libram vnam & ſemis. Sacchari roſati vncias quatuor.

*Fiat Syrupus perfectè coctus, vt artis eſt.*

## SYRVPVS DE NYMPHÆA.

RECIPE. Florum Nympheæ albæ, libras duas.

*Infunde per horas ſeptem in aquæ calidæ libris tribus: deinde bulliant parum: colaturæ denuò adde parem florum recentium quantitatem, & par fiat maceratio & expreſſio: idque ter repetatur: colaturæ clarificatæ addatur æquum ſacchari pondus, & fiat Syrupus ſecundùm artem.*

## SYRVPVS CAPILLORVM VENERIS.

RECIPE. Capilli veneris,
Adranti,
Polytrici,
Ceterach,
Saluiæ vitæ, ana manipulum vnum.
Liquiritiæ raſæ contuſæ, Vncias duas.

*Infunde per duodecim horas in aquæ calidæ quantitate ſufficienti: deinde bulliant colaturæ clarificatæ ad libras quinque adde ſacchari libras quatuor fiat, Syrupus perfectè coctus.*

## SYRVPVS DE QVINQVE RADICIBVS.

RECIPE. Radicum apij,
Fœniculi,
Petroſelini,
Ruſci,
Aſparagi, ana vncias quatuor.

*Coquantur in aquæ ſufficienti quantitates in colatura ad libras quatuor, adde fiat Syrupus vt artis eſt, ſacchari tantundem.*

## SYRVPVS DYNARI, *ſeu* BYZANTINVS SIMPLEX.

RECIPE. Succorum endiuiæ,
Apij, ana libras duas.
Succorum lupuli,
Bugloſſi,
Borraginis, ana libram vnam.

*Bulliant parum, deſpumentur, colaturæ librarum quatuor, adde ſacchari libras duas & ſemis: fiat Syrupus ſecundùm artem.*

## SYRVPVS DE ALTHEA.

RECIPE. Radicis altheæ, Vncias duas,
Cicerum rubrorum, vnciam vnam.
Radicum Graminis,
Aſparagi,
Liquiritiæ raſæ,
Paſſularum mandatarum, ana vnciam ſemis.
Comarum altheæ,
Maluæ,
Helxines,
Pimpinellæ,
Plantaginis,
Adianthi vtriuſque, ana manipulum vnum.
Seminum quatuor frigidorum maiorum, & minorum, ana drachmas tres.

*Coquantur in libris ſex aquæ, dum quatuor ſuperſint, & cum libris tribus & ſemiſſe ſacchari fiat Syrupus, vt artis eſt.*

## SYRVPVS DE CICHORIO COMPOSITVS CVM RHEO.

RECIPE. Radicum apij,
Aſparagi,
Fœniculi,
Hordei integri, ana Vncias duas,
Cichorij erratici,
Intybi latifolij, *ſeu*, Endiuiæ ſatiuæ,
Intybi anguſti folij, *ſeu*, Scariolæ, ana manipulos duos.
Taraxaconis, *ſeu*, dentis leonis,
Cicerbitæ,
Lactucæ vtriuſque,

Hepaticæ,
Fumariæ,
Lupuli, ana manipulum vnum.
Capilli veneris veri,
Adianti communis,
Polytrici.
Ceterach,
Liquiritiæ raſæ,
Alkekengi,
Seminis cuſcutæ, ana drachmus ſex.

*Coquantur in aquæ libris duodecim ad tertiæ partis conſumptionem; in colatura clara dilue ſacchari optimi libras ſex: coquantur in Syrupum cui perfectè cocto adde ad ſingulas libras Rhabarbari vnciam ſemis, & nardi indicæ ſcrupulos quatuor fiat, Syrupus.*

## SYRVPVS DE BVGLOSSO.

RECIPE. Succi bugloſſi depurati, libras ſex.
Florum eiuſdem bugloſſi, libram vnam.

*Bulliant parum, deinde colentur, & clarificentur, & cum ſacchari libris quatuor coquantur in conſiſtentiam Syrupi.*

## SYRVPVS DE LIMONIBVS.

RECIPE. Succi limonum depurati, & colo laneo ſine expreſſione traiecti libras quinque ſacchari libras tres.

*Lentè coquantur in vaſe fictili ad conſiſtentiam Syrupi.*
*Eadem ratione paratur Syrupus de ſucco Granatorum.*

## SYRVPVS CITONIORVM.

RECIPE. Succi citoniorum, libras decem.

*Coque ad mediæ partis conſumptionem, reſideant per duos*

*dies, vbi claruerint colato deinde miſce ſacchari libras tres, coque vt artis eſt ad conſiſtentiam Syrupi.*

## SYRVPVS DE POMIS.

*Simplex fit vt procedens.*

## SYRVPVS REGIS SABOR.

*Ceu de pomis compoſitus cum Senna.*

RECIPE. Succi pomorum redolentium, libras tres.
Succorum depuratorum Bugloſſi, & Borraginis, ana vncias duas.
Foliorum Sennæ mundatorum, Vncias quatuor.
Aniſi, Vnciam ſemis.
Croci drachmas duas ſacchari, libras tres.
*Coque omnia ex arte, vt abeant in Syrupum.*

## SYRVPVS MYRTINVS COMPOSITVS.

RECIPE. Baccharum myrti,
Santali albi,
Rhois vltimum calinariæ,
Balauſtiorum,
Berberis,
Roſarum rubrarum, ana vnciam vnam & ſemis.
Meſpilorum, libram ſemis.

*Contuſa omnia coquantur in aquæ libris octo, ad tertiæ partis conſumptionem expreſſioni adde ſucci Cidoniorum, & granatorum,* ana libras duas, *ſacchari,* libras quinque, *ex arte coquantur, fiat ſecundum artem Syrupus.*

## SYRVPVS DE MENTHA COMPOSITVS.

RECIPE. Succi Cydoniorum dulcium,
Succi cydoniorum muſorum.

Succi granatorum dulcium,
Succi granatorum acidorum,
Succi granatorum muſorum, ana libram vnā & ſemis.
*In his macera horis* viginti quatuor.
*Menthæ ſiccæ*, libram vnam.
*Roſarum rubrarum*, vncias duas.
*Coquantur ad medias, colaturæ.*
*Adde ſacchari libras duas, fiat Syrupus Galliæ moſchatæ, dragmis duabus, linteo raro incluſis aromatizatus.*

SYRVPI QVI QVOVIS TEMPORE PARARI POSSVNT.

Syrupus de roſis ſiccis.

RECIPE. Roſarum ſiccarum, libram vnam.
*Infunde horis viginti quatuor, in aquæ tepidæ libris quatuor, in expreſſo dilue, ſacchari libras duas, coquatur ſecundùm artem.*

SYRVPVS ALEXANDRINVS.

RECIPE. Aquæ roſarum, libras tres. Sacchari libras duas.
*Coque igne lento vt fiat ſecundùm artem Syrupus.*

SYRVPVS DE ABSINTHIO.

RECIPE. Abſinthij ſicci, libram ſemis.
Roſarum rubrarum, Vncias duas.
Nardi Indicæ, Vncias tres.
Vini albi veteris, & ſucci citoniorum, ana libras duas.
*Macerentur per diem integrum ſuper cineres calidos in vaſe terreo vitrato: deinde coquantur ad dimidias colaturæ clarificatæ, adde* ſacchari libras duas, *fiat ſecundùm artem Syrupus.*

## SYRVPVS DE STOECHADE.

RECIPE. Florum stœchados, Vncias quatuor.
Thymi,
Calaminthes,
Origani, ana vnciam vnam & ſemis.
Saluiæ,
Betonicæ,
Florum Roriſmarini, ana vnciam ſemis.
Seminum rutæ,
Pæoniæ,
Fœniculi, ana drachmas tres.

*Coquantur in aquæ libris duabus ad dimidias, in colatura adde* ſacchari, & mellis ana libras duas: *fiat Syrupus aromatizatus,* Cinamomi Zinziberis, & calami odorati, ana drachmis duabus *linteo illigatis, & in Syrupum appenſis.*

## SYRVPVS IVIVBARVM.

RECIPE. Iuiubas numero ſexaginta,
Violarum,
Seminis maluæ,
Liquiritiæ raſæ,
Capilli veneris,
Hordei mundati, ana vnciam vnam.
Seminis citoniorum,
Papaueris albi,
Melonum,
Lactucæ,
Gummi tragacantho, ana drachmas tres.

*Coquantur in* aquæ libris quatuor ad medias; colaturæ adde

*adde* ſacchari libras duas, *fiat Syrupus.*

## SYRVPVS DE ARTHEMISIA.

RECIPE, Arthemiſiæ manipulos duos.
Radicum Iridis,
Helenij,
Rubiæ,
Pæoniæ,
Lybiſtici,
Fœniculi, ana vnciam ſemis.
Pulegij,
Hyſſopi,
Praſſij,
Chamædryos,
Chamæpythios,
Hyperici,
Parthenij,
Betonicæ,
Origani,
Calaminthes,
Nepetæ,
Meliſſophylli,
Sabinæ,
Sampſuchi, ana manipulum vnum.
Seminum aniſi,
Petroſelini.
Fœniculi,
Ozymi,
Dauci,
Rutæ,

Nigellæ, ana drachmas tres.

*Contuſa macerentur horis viginti quatuor, in* Hydromelitis libris octo, *coquantur ſimul in vaſe fictili vitrato ad* libras quinque, *& cum* ſacchari libris totidem *percoquantur in Syrupum*, cinnamomi vncia vna, & ſpicæ drachmis tribus, *aromatizatum.*

## SYRVPVS EXHILARANS.

RECIPE, Succorum Bugloſſi & Borraginis, libram vnam & ſemis.
Succi pomorum redolentium, libram vnam.
Succi Meliſſæ, vnciam ſemis.
Granorum kermes, drachmas tres.
Croci, drachmam ſemis.
Pulueris diamargariti frigidi, drachmam vnam.
Sacchari, libras duas,
*Fiat ex arte Syrupus.*

## DE SYRVPIS MELLITIS.

### *Syrupus Diamoron.*

RECIPE. Succi Mororum domeſticorum, non omnino maturatorum, libram ſemis.
Succi Mororum rubi ſylueſtris,
Mellis albi deſpumati, ana libram vnam.
Sapæ, vncias quatuor.
*Coquantur vt artis eſt in Syrupum.*

## OXYMEL, *ſeu*, ACETVM MVLSVM.

RECIPE. Mellis optimi, libras duas.
Aquæ fontanæ, libras quatuor.

Aceti vini albi, libram vnam.

*Coquantur ſimul in vaſe fictili ad conſiſtentiam Syrupi liquidioris.*

## OXYMEL SCILLITICVM.

RECIPE. Mellis deſpumati, libras tres.
Aceti ſcillitici, libram vnam.

*Coquantur ſimul in vaſe figulino ad conſiſtentiam Syrupi liquidioris.*

## HYDROMEL VINOSVM.

RECIPE. Mellis optimi, libras duodecim.
Aquæ electæ, libras quadraginta.

*Coque ſimul donec ouum crudum iniectum innatet, tunc amoue, inſola, & ſerua.*

## SAPA.

RECIPE. Vini recenter ex vuis albis generoſis, & maturis expreſſi, libras duodecim.

*Coque igne luculento donec libræ quatuor ſuperſint, vel vt conſiſtentiam mellis acquirant repone in vaſe idoneo, & ſerua.*

## ROB CITONIORVM.

RECIPE. Succi Citoniorum ex arte depurati libras nouem.

*Coque ad duarum partium abſumptionem, vel quouſque mellis conſiſtentiam acquirant, & repone in vaſe vitreo.*

## CAPVT VI.

## DE SVCCIS MELLITIS.

### MEL ROSACEVM.

RECIPE. Roſarum rubrarum in vmbra ſiccatarum mediocriter, libras duas.
Mellis optimi, libras ſex.

*Coque lento igni in vaſe fictili vitrato, percola, reconde, inſola, & ſerua.*

### MEL VIOLATVM.

RECIPE. Florum violarum recentium, libram vnam.
Mellis optimi mediæ ætatis, libras tres.

*Miſce & reconde in fictili vitrato oris anguſti, inſola, ſerua, & vſus tempore percola.*

### MEL ANTHOSATVM.

RECIPE. Florum Roriſmarini, libram vnam.
Mellis boni bene deſpumati, libras tres.

*Miſce in olla vitreata oris non valde patuli, inſola, & ſerua, ad futuros vſus.*

### MEL MERCVRIALE.

RECIPE. Succi Mercurialis, libras tres.
Mellis optimi, libras quatuor.

*Miſce, elixa, deſpuma, & fac veluti Syrupum.*

## CAPVT VII.

# DE CONSERVIS.

### CONSERVA VIOLARVM.

RECIPE. Florum Violarum recentium à parte herboſa purgatorum, & in mortario lapideo cum piſtillo ligneo tritorum, libram vnam.

Sacchari albiſſimi, libras duas.

*Terantur, ac ſubigantur ſimul, & fiat maſſa mollis, quæ in vaſe fictili repoſita quindecim dies inſoletur, & ſeruetur.*

### CONSERVA ROSARVM.

RECIPE, Roſarum Rubrarum recentium nondum perfectè explicatarum, & exungatarum, libram vnam.

*Tere piſtillo ligneo in pila marmorea donec leuigentur : adde* ſacchari optimi, libras tres, *tere denuò, vt exactè miſceantur, repone in vaſe idoneo, & inſola.*

### CONSERVA BORRAGINIS.

RECIPE, Florum Borraginis recentium, & mundatorum, libram ſemis.

Sacchari albiſſimi, libram vnam & ſemis.

*Terantur in mortario lapideo cum piſtillo ligneo, & fiat conſerua.*

### CONSERVA ANTHOS.

RECIPE, Florum Roriſmarini recentium in mortario lapideo tritorum, libram ſemis.

Sacchari albiſſimi, libram vnam & ſemis.

*Probè terantur ſubigantur vt fiat conſerua, vaſe idoneo reponenda, inſolanda, & ſeruanda.*

## CONSERVA BETONICÆ.

RECIPE. Florum Betonicæ recentium, ac mundatorum, libram vnam.
Sacchari albiſſimi, libras tres.

*Contunde flores ſeorſim minutiſſimè, adde poſteà ſaccharum, & fiat conſerua vaſe idoneo reponenda.*

## CONSERVA FLORVM VETONICÆ CORONARIÆ.

RECIPE. Florum Vetonicæ Coronariæ recentium, ac mundatorum, ana libram vnam.
Sacchari albiſſimi, libras duas.

*Contunde flores ſeorſim minutiſſimè, adde poſteà ſaccharum, & fiat conſerua vaſe idoneo reponenda, inſolanda, & ſeruanda.*

# RADICES CONDITÆ.

## RADIX PÆONIÆ CONDITA.

RECIPE. Radicum Pæoniæ lotarum, & purgatarum, libras duas.

*Bulliant in aqua, donec molleſcant: percoctæ ſuper linteum extendantur in vmbra per biduum, vt humorem aqueum refundant: dein coque* par ſacchari pondus, *cum pauca portione prædictæ decoctionis ad conſiſtentiam Electuarij: adde radices prædictas, & denuò parumper coque, tum aufer ab igne, & repone in vaſe vitreo.*

## RADICES ERINGIORVM CONDITÆ.

RECIPE. Radicum eringiorum fruſtulatim inciſarum, & intus à parte lignea purgatarum, libram vnam.

*Coquantur in aqua ad mollitiem, exſiccentur in vmbra, ſuppoſitis linteis, tum miſceantur ſaccharo earumdem decoctione ſoluto, ad Electuarij craſſitiem cocto, atque rurſus parum coquantur, vt aquea humiditas diſſipetur, tandem in olla reponantur, & ſeruentur.*

Sic radices Bugloſſi condiuntur.

## RADICES SYMPHYTI CONDITÆ.

RECIPE. Radicum Symphyti maioris per taleolas conciſarum, libram vnam.

*Macera, & coque in aqua donec molleſcant: ſic percoctæ, & per diem vnum in vmbra ſiccatæ, inijciantur in ſaccharum earumdem decocto ſolutum, & ad craſſitiem Electuarij coctum, atque rurſus parum coquantur dum aquea ſuperfluitas abſumatur: ſic apparatu ſaccharato conditæ in vaſe ſeruentur idoneo.*

## RADICES ENVLÆ CAMPANÆ CONDITÆ.

RECIPE. Radicum Enulæ Campanæ lotarum, purgatarum, & in fruſta ſectarum, libras duas.

*Infunde in aqua tepida per quatriduum, aquâ quotidie mutatâ, deinde coquantur quouſque teneresſcant: ſic coctæ linteo duplicato exſiccentur, poſteà ſumatur* æquale ſacchari pondus, *cui ad conſiſtentiam Electuarij cocto addãtur radices prædictæ, & ſimul denuò parum coquantur, tum in vaſe reponantur.*

## MANVS CHRISTI PERLATA.

RECIPE. Sacchari albiſſimi, libram vnam.
Aquæ Roſarum pallidarum, quartarium ſemis.

*Coquantur ad conſiſtentiam tabellarum: ſub finem coctionis immiſcendo* Margaritarum præparatarum, & tritarum vnciam ſemis: *Proijciantur ſuper marmor, & formentur tabellæ.*

### SACCHARVM ALTHEÆ.

RECIPE. Pulpæ radicum Altheæ in lacte caprino ad mollitiem coctarum, vncias tres.
Sacchari albi triti, libram vnam.
Aquæ roſaceæ quartarium ſemis.
*Fiant tabellæ.*

## CAPVT VIII.

## DE ECLEGMATIBVS.

### ECLEGMA SCILLITICVM.

RECIPE. Succi ſcillæ,
Mellis deſpumati, ana libras duas.
*Coquantur ſimul ſecundum artem ad conſiſtentiam mellis.*

### ECLEGMA DE CAVLIBVS.

RECIPE. Succi caulium, libram vnam.
*Bulliat parum, & deſpumetur, deinde adde,*
Croci drachmas duas.
Sacchari,
Mellis optimi, ana libram ſemis.
*Coquantur ex arte ad conſiſtentiam linctus.*

### ECLEGMA DE PVLMONE VVLPIS.

RECIPE. Pulmonis vulpis, vt decet præparati, & ſiccati,
Succi Glycyrrhizæ,
Adianti albi,
Seminis Aniſi,
Seminis fœniculi, ana drachmas tres.
*Cum Syrupo Myrtino, fiat eclegma.*

CAPVT

## CAPVT IX.

# DE MEDICAMENTIS PVRGANTIBVS COMPOSITIS, SELECTISSIMIS, ac primùm de Electarijs mollibus.

### ELECTARIVM CATHOLICVM.

RECIPE. Polypodij querni contuſi, libram vnam.
Aquæ libras duodecim.

*Bulliant ſimul ad tertiæ partis conſumptionem.*

*In duabus partibus colaturæ coquantur* ſacchari lib. octo, *in Syrupum, cui adde*, Pulpæ Caſſiæ, & Tamarindorum altera parte decocti madefactorum,
Foliorum Sennæ bene mundatæ, ana vncias octo.
Rhabarbari optimi,
Polypodij quercini,
Fœniculi dulcis,
Violarum, ana vncias quatuor.
Seminum quatuor frigidorum maiorum, ana vnciam vnam.
Liquiritiæ raſæ,
Penidiorum,
Sacchari candi, ana vnciam ſemis.

*Fiat electarium.*

### ELECTARIVM LENITIVVM.

RECIPE. Polypodij querni,
Sennæ mundatæ,
Paſſularum mundatarum, ana vncias duas.

Mercurialis, manipulum vnum & ſemis.
Hordei,
Adianti,
Violarum, ana manipulum ſemis.
Iuiubarum,
Sebeſten, ana numero viginti.
Prunorum Damaſcenorum enucleatorum.
Tamarindorum, ana drachmas ſex,
Liquiritiæ raſæ, vnciam ſemis.

*Coquantur in aquæ ſufficienti quantitate, ad tertiæ partis conſumptionem: colaturæ adde,*

Pulpæ Caſſiæ, Tamarindorum, Prunorum Damaſcenorum,
Sacchari violati, ana vncias ſex.
Sennæ pulueratæ, vncias tres & ſemis.

*Fiat Electarium.*

DIAPHŒNICVM, *ſeu*, CONFECTIO DE DACTYLIS.

RECIPE. Dactylorum nondum maturorum, drachmas centum.
Penidiorum, drachmas quinquaginta.
Turbith bene gummoſi, drachmas triginta quinque.
Amygdalarum dulcium mundatarum, drachmas triginta.
Diacridij, drachmas duodecim.
Zingiberis,
Piperis longi,
Foliorum rutæ ſiccorum,
Cinnamomi,
Macis,
Ligni Aloës,

Seminum Aniſi,
Fœniculi,
Dauci,
Galangæ, ana drachmas duas.
Mellis deſpumati, libram vnam & ſemis.
*Fiat Electarium.*

## CONFECTIO HAMEK.

RECIPE. Corticis Myrobalanorum citrinorum, drachmas duas.
Myrobalanorum Chebulorum,
Myrobalanorum Indorum,
Violarum,
Colocyntidos,
Polypodij querni, ana vnciam vnam & ſemis.
Abſinthij,
Thymi, ana vnciam ſemis.
Seminis Aniſi,
Fœniculi,
Roſarum rubrarum, ana drachmas tres.
*Tuſa omnia macerentur per diem in* libris duabus ſeri lactis: *deinde coquantur ad libram vnam: fricentur manibus, & exprimantur. Colaturæ adde*
Succi fumariæ,
Pulpæ prunorum, &
Vvarum paſſarum, ana libram ſemis,
Sacchari,
Mellis deſpumati, ana libram vnam.
*Coquantur ad conſiſtentiam mellis, inſpergendo ſub finem.*
Agarici & Sennæ pulueratorum, ana vncias duas.

Rhabarbari triti, vnciam vnam & ſemis.
Epithymi, vnciam vnam.
Diacridij, drachmas ſex.
Cinnamomi, vnciam ſemis.
Zingiberis, drachmas duas.
Seminis fumariæ,
Aniſi,
Spicæ nardi, ana drachmam vnam.
*Fiat Electarium.*

## HYDRAGOGVM MINVS FERNELII.

RECIPE. Succi roſarum pallidarum, libram ſemis.
Sacchari,
Mellis optimi, ana vncias quinque.
*Coquantur dum exſpumauerint, & craſſeſcant : tum adde,*
Succi radicis ebuli, libram vnam.
Praſſij ſicci,
Seminis fœniculi, ana vncias duas.
Acinorum ebuli, & Sambuci, ana vncias duas.
Cinnamomi, drachmas ſex.
Galangæ, drachmas tres.
*Igne lento coquantur ad mellis conſiſtentiam.*

## BENEDICTA LAXATIVA.

RECIPE. Turbith optimi, vncias quinque.
Sacchari, vncias duas & ſemis.
Diacridij,
Hermodactylorum,
Roſarum rubrarum, ana vnciam vnam & drachmas duas.

Caryophyllorum,
Zingiberis,
Saxifragiæ,
Amómi,
Croci,
Seminis Apij,
Petroſelini,
Carui Cretici,
Fœniculi,
Aſparagi,
Spicæ nardi,
Ruſci,
Millij ſolis,
Salis gemmei,
Galangæ,
Macis,
Liquiritiæ,
Seminum quatuor frigidorum, maiorum, ana drachmas duas.
Mellis deſpumati, libras tres, & vncias tres.

*Fiat Electarium.*

## HIERA PICRA SIMPLEX.

RECIPE. Aloës optimæ, non lotæ, vncias octo.
Cinnamomi,
Macis,
Radicis Aſari,
Spicæ nardi,
Maſtiches, ana drachmas ſex.
Croci, drachmas quinque.

Mellis deſpumati, libras tres.

*Fiat Electarium.*

## CATHOLICVM PRO CLYSTERIBVS.

RECIPE. Polypodij querni contuſi, vncias tres.
*Coque diu in decocto quatuor emollientium: in duabus partibus colaturæ coque* mellis optimi, libras octo, *ad Syrupi craſſitiem, deinde diſſolue* pulpæ prunorum in altera parte decocti coctorum, libras quatuor.

*Poſtea adde* Sennæ puluériſatæ, vncias octo,
Rhabarbari,
Polypodij,
Seminis aniſi puluerum, ana vncias quatuor.
Seminum quatuor frigidorum maiorum, ana vnciam vnam.
Liquiritiæ, vnciam ſemis.

*Fiat Electuarium, vt artis eſt.*

## CASSIÆ CVM SACCHARO PRO CLYSTERIBVS.

RECIPE. Foliorum Maluæ,
Mercurialis,
Betæ,
Parietariæ,
Violarum & florum earumdem, ana manipulũ vnum.
Abſinthij Romani, manipulum ſemis.

*Fiat decoctio in colatura expreſſa diſſolue,*
Pulpæ Caſſiæ recens extractæ libram vnam.
Sacchari libram vnam & ſemis.

*Fiat Electuarium.*

## CARYOCOSTINVM.

RECIPE. Caryophyllorum,
Coſti odorati,
Zingiberis,
Cumini, ana drachmas duas,
Hermodactylorum,
Scammonij præparati, ana vnciam ſemis,
Mellis roſacei triplum.
*Fiat Electuarium.*

## ELECTVARIVM DIACARTHAMI.

RECIPE. Medullæ ſeminis Carthami,
Hermodactylorum,
Pulueris diatragacanthi frigidi, ana vnciam ſemis.
Turbith, drachmas ſex,
Zingiberis,
Mannæ granatæ, ana drachmas duas.
Diacridij, drachmas tres.
Sacchari candi,
Citoniorum conditorum,
Mellis roſati, ana vnciam vnam.
Sacchari, vncias octo & ſemis.
*Fiat ex arte electuarium ſolidum tabulatum.*

## ELECTVARIVM DE CITRO, SOLVTIVVM.

RECIPE. Corticis Citrij conditi,
Conſeruæ florum violarum,
Conſeruæ bugloſſi,
Pulueris diatragacanthi frigidi,

Diacridij, ana vnciam ſemis.
Turbith, drachmas quinque,
Zingiberis, drachmam ſemis.
Foliorum ſennæ, drachmas ſex.
Seminis fœniculi dulcis, drachmam vnam.
Sacchari aqua roſarum ſoluti, & ex arte cocti, vncias decem.

*Fiat Electuarium ſolidum tabulatum.*

## VINVM EMETICVM.

RECIPE. Stibij optimi, libram vnam.
Nitri tantundem.

*Puluerentur ſeorſim, deinde commiſceantur, & conijciantur in mortarium ferreum, mox ferro candente materia incendatur, quæ cum fragore & ſtrepitu exuretur, ſuperpoſita trium digitorum interuallo patella ferrea donec ceßauerit ſtridor.*

*Materia metallica inſtar vitri fuſi fuſcè rubens ſeparetur ab impura craſſitie, & à nitro cruſtam albicantem referente; deinde aqua tepida ter lauetur.*

Recipe. Stibij, vt dictum eſt præparati, vnciam vnam *infunde* in vini albi libras duas *per biduum.*

# CAPVT X.

## DE PILVLIS.

### PILVLÆ STOMACHICÆ, VVLGÒ ANTE CIBVM.

RECIPE. Aloës optimæ, drachmas ſex.
Maſtiches,
Roſarum, ana drachmas duas.

*Cum Syrupo violato fiat maſſa mollior.*

*Pilulæ*

PILVLÆ RVFFI VVLGÒ PESTILENTIALES.

RECIPE. Aloës optimæ, vncias duas.
Croci, vnciam ſemis.
Myrrhæ, drachmam vnam & ſemis.
*Cum oxymelite optimo fiat maſſa mollis.*

PILVLÆ DE AROMATIBVS, *ſeu*, ALOËPHANGINÆ.

RECIPE. Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Cardamomi,
Macis,
Calami aromatici,
Galangæ,
Santali Citrini,
Schœnanthi,
Roſarum, ana vnciam ſemis.

*Hæc craſſiuſculè trita macerentur per duodecim horas in* aquæ libris quatuor: *deinde igne lento bulliant ad tertiæ partis conſumptionem: in colatura nutriatur* aloës libra vna: *tum abſumptâ humiditate ſuper cineres calidos, aut in ſole, vel hypocauſto adde*
Myrrhæ,
Maſtiches, ana vnciam ſemis.
Croci, drahmas duas.
Syrupi de abſinthio, quantùm ſatis.
*Fiat maſſa.*

PILVLÆ DE AGARICO.

RECIPE. Agarici, drachmas tres.
Radicis Ireos,

Praſſij, ana drachmam vnam.
Turbith, drachmas quinque,
Hieræ picræ, drachmas tres.
Colocynthidos,
Sarcocollæ, ana drachmas quinque.
Myrrhæ, drachmam vnam.
*Miſce cum ſapa, & fiat maſſa vt artis eſt.*

## PILVLÆ COCCIÆ.

RECIPE. Pulueris hieræ ſimplicis drachmas decem.
Colocynthidos drachmas tres, & ſcrupulum vnum.
Diacridij drachmas duas & ſemis.
Turpethi,
Stœchados, ana drachmas quinque.
*Cum Syrupo de Stœchade fiat maſſa.*

## PILVLÆ LVCIS MAIORES.

RECIPE. Euphragiæ, drachmas ſex.
Sennæ,
Agarici, ana drachmas quinque,
Quinque generum mirabolanorum.
Rhabarbari, ana vnciam ſemis.
Colocynthidis præparatæ,
Turbith,
Azari,
Epithymi,
Abſinthij,
Violarum,
Roſarum,
Maſtiches, ana drachmas duas.

Macis,
Nucis moſchatæ,
Croci,
Spicæ,
Caſſiæ,
Schœnanthi,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Calami aromatici, } ana drachmas duas.
Xylobalſami,
Cubebarum,
Carpobalſami,
Sileris,
Seminis rutæ,
Aniſi,
Fœniculi,
Apij,

*Aloës optimæ ad pondus omnium*,

Cum ſufficienti quantitate ſucci fœniculi, *fiat maſſa pillularũ*

## PILVLÆ FŒTIDÆ MAIORES.

RECIPE. Trochiſcorum Alhandal,
Aloës lucidæ,
Ammoniaci,
Opoponacis,
Sagapeni,
Myrrhæ,
Epithymi,
Seminis rutæ, ana drachmas quinque.
Scammonij præparati drachmas tres.

Turbith gummoſi, vnciam ſemis,
Eſulæ minoris,
Hermodactylorum, ana drachmas duas.
Zingiberis, drachmam vnam & ſemis.
Spicæ nardi Indicæ,
Cinnamomi,
Croci,
Caſtorei, ana drachmam vnam.
Euphorbij triti, ſcrupulos duos.
*Cum ſucco foliorum porri fiat maſſa.*
Inſeruire hæ Pilulæ poſſunt pro Pilulis ex Hermodactylis.

## PILVLÆ MECHOACANÆ.

RECIPE, Radicis Mechoacanæ, vnciam ſemis.
Turbith, drachmas tres.
Foliorum Thymeleæ aceto maceratorum, & ſiccatorũ,
Seminis ebuli,
Agarici trochiſcati, ana drachmas duas.
Radicis eſulæ præparatæ,
Maſtiches, ana drachmam vnam & ſemis.
Macis,
Cinnamomi,
Salis gemmei, ana ſcrupulos duos.
*Fiat ex omnibus puluis, qui* cũ vino albo *ſubigatur in maſſam, exſiccata teratur, & cum* ſucco Ireos cæleſtis *denuò coagmentetur, arida rurſus teratur*, & cum Syrupo roſarum pallidarum *fiat paſta vſui reponenda.*

## PILVLÆ OPIATÆ.

RECIPE. Opij Thebaïci ſpiritu vini diſſoluti parum cocti, & percolati, vnciam vnam.

*Miſceantur cum Tinctura per ſpiritum vini extracta ex*

Pulueris Diambræ, vncia ſemis.

*Euaporent in conſiſtentiam pilularum: ſub finem addendo*

Croci optimi drachmam vnam,

*Seruetur maſſa vſui.*

## PILVLÆ BECHICÆ NIGRÆ.

RECIPE, Succi liquiritiæ,

Sacchari, ana drachmas ſex.

Amyli,

Tragacanthi,

Amygdalarum dulcium mundatarũ, ana vnciam ſemis.

*Cum mucagine* ſeminis Citoniorum in aqua roſarum extracta *fiat maſſa ex qua formentur ſublingues pilulæ.*

## PILVLÆ BECHICÆ ALBÆ.

RECIPE. Pulueris Ireos Florentiæ,

Amyli, ana vnciam & ſemis.

Sacchari Candi,

Penidiorum, ana vncias quatuor.

Sacchari, libram vnam.

*Cum mucagine* Gummi Tragacanthi, in aqua Roſarum extracta, *fiat maſſa ex qua formentur Pilulæ hypoglottides.*

## CAPVT XI.

# DE TROCHISCIS PVRGANTIBVS, ET ALTERANTIBVS.

### AGARICVS TROCHISCATVS.

AGarici electi tenuiſſimè comminuti, vncias duas.
*Macera in vino albo infuſionis Zingiberis, & fac trochiſcos.*

### TROCHISCI ALHANDAL.

RECIPE. Pulpæ Colocynthidos albæ, vncias decem. *Incidatur forcipe vt decet, poſteà confricetur* vncia vna olei roſati, *tandem excipiatur mucagine ſequentium facta* in aqua roſarum, *ſcilicet*

Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Bdelij, ana drachmas ſex.

*Fiant Trochiſci in vmbra ſiccandi, rurſus terantur denuò, confricentur cum prædicta mucagine, fiant trochiſci vſui ſeruandi.*

### TROCHISCI DE MYRRHA.

RECIPE. Myrrhæ, drachmas tres.
Lupinorum, drachmas quinque.
Foliorum rutæ,
Mentaſtri,
Pulegij cum flore,
Cumini,

Radicis Rubiæ tinctorum,
Aſſæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opopanacis, ana drachmas duas.
*Cum ſucco Rutæ forma Trochiſcos vt artis eſt.*

## TROCHISCI DIARRHODON.

RECIPE. Roſarum rubrarum recentium ſiccarum, drachmas tres.
Spodij, drachmas duas.
Santali rubri, drachmam vnam.
*Cum aqua roſarum fiant paſtilli.*

## TROCHISCI GALLÆ MOSCHATAE.

RECIPE. Santali Citrini, drachmas quinque.
Ambari cineritij, drachmas tres.
Moſchi Orientalis, drachmam vnam.
*Cum mucagine gummi Tracaganthi aqua roſarum liquati ad figuram foliorum myrti, fiant trochiſci in vaſe vitreo reponendi.*

## TROCHISCI ALIPTAE MOSCHATAE.

RECIPE. Ladani puri, drachmas tres.
Styracis Calamites, vnciam vnam & ſemis.
Styracis rubri, vnciam vnam.
Ligni Aloës, drachmas duas.
Ambræ cineritiæ, drachmam vnam.
Moſchi, ſcrupulum ſemis.
*Cum aqua roſarum fiant paſtilli.*

## TROCHISCI VIPERINI.

RECIPE, Carnis viperarum bene expurgatæ, cum ſale & anetho, in aqua coctæ, partes quatuor,
Panis tritici ſicci partem vnam,
*Fiant ex arte trochiſci.*

## TROCHISCI SCILLITICI.

RECIPE. Scillæ ſelectæ in furno aſſatæ, vt artis eſt, libras duas.
Farinæ erui candidi, libram vnam.
*Fiant ex arte Trochiſci.*

## TROCHISCI HEDYCROI MAGMATIS.

RECIPE. Santali citrini.
Aſari,
Maioranæ,
Mari, ana drachmas duas.
Schœnanthi,
Calami aromatici,
Phu Pontici,
Coſti,
Cinnamomi,
Zedoariæ,
Opobalſami, vel olei nucis,
Moſchatæ, ana drachmas tres.
Folij,
Myrrhæ,
Nardi Indicæ,
Croci,
Caſſiæ ligneæ, ana drachmas ſex.

Amomi,

Amomi, drachmas duodecim.
Maſtiches, drachmam vnam.
*Cum vino optimo fiant trochiſci ex arte.*

## TROCHISCI CYPHEOS.

RECIPE. Carnis vuæ paſſæ,
Terebinthinæ, ana vncias tres.
Myrrhæ,
Iunci odorati,
Calami aromatici, ana vnciam vnam.
Cinnamomi, drachmas tres.
Bdellij,
Spicæ nardi,
Caſſiæ ligneæ,
Cyperi rotundi,
Baccarum Iuniperi, ana drachmas tres.
Aſpalathi,
Croci, ana drachmam vnam.
Vini parum.
*Mellis quantum ſufficit: formentur paſtilli.*

## TROCHISCI DE CAPPARIBVS.

RECIPE. Corticis radicis Capparis,
Seminis Agni caſti, ana drachmas ſex,
Gummi ammoniaci, vnciam ſemis.
Corticis Tamariſci,
Radicis Acori,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Foliorum Calaminthæ,
Rutæ,
Seminis Naſturtij,

Nigellæ,
Amygdalarum amararum,
Succi Scolopendrij noſtri vulgaris, id eſt Linguæ ceruinæ, leui coctione inſpiſſati,
Gummi Laccæ præparati, ana drachmas duas.
Radicis Cyperi,
Foliorum Ceterach,
Rubiæ tinctorum, ana drachmam vnam.

*Omnia trita puluerata excipiantur Ammoniaco in aceto diſſoluto, & formentur Trochiſci.*

## TROCHISCI DE EVPATORIO.

RECIPE. Succi eupatorij, id eſt Agrimonij inſpiſſati.
Mannæ Calabriæ, ana vnciam vnam.
Succorum Abſinthij, & Cuſcutæ inſpiſſatorum,
Roſarum rubrarum, ana vnciam ſemis.
Spodij,
Spicæ nardi,
Rhabarbari,
Aſari,
Santali citrini, ana drachmas duas.

*Cum alio ſucco Eupatorij depurato parum cocto formentur trochiſci.*

## TROCHISCI DE KARABE, *ſeu*, de SVCCINO.

RECIPE. Succini, vnciam vnam.
Cornu cerui vſti,
Gummi Arabici vſti,
Coralli vſti,
Tragacanthi,

Acaciæ,
Hypociſtidos,
Balauſtiorum,
Maſtiches,
Laccæ,
Seminis papaueris nigri aſſi, ana drachmas duas & ſcrupulos duos.
Thuris,
Croci,
Opij, ana drachmas duas.

*Cum mucagine ſeminum pſylij formentur trochiſci.*

## TROCHISCI DE CAPHVRA.

RECIPE. Caphuræ, ſcrupulos quatuor.
Radicis Nympheæ,
Roſarum rubrarum,
Violarum,
Spodij,
Glycyrrhizæ,
Santali citrini,
Gummi arabici,
Amyli,
Tragacanthi, } ana drachmas duas.
Quatuor ſeminum frigidorum maiorum,
Portulacæ, ana drachmam vnam.

*Cum mucilagine ſeminis pſylij in aqua ſolani extractæ fiant trochiſci.*

## TROCHISCI ALBI RHASIS.

RECIPE. Ceruſæ aqua roſarum lotæ drachmas decem.
Sarcocollæ, drachmas tres.

Amyli, drachmas duas.
Tragacanthi, drachmam vnam.
Caphuræ, drachmam ſemis.

*Singula per ſe pulverentur, & mixta excipiantur aqua roſarum, & formentur trochiſci.*

## CAPVT XII.

## DE PVLVERIBVS AROMATICIS.

### PVLVIS ANTIEPILEPTICVS, GVTTETAE DICTVS.

RECIPE. Radicis Caryophyllatæ ſiccatæ,
Pæoniæ maris, & ſeminis eiuſdem,
Viſci quercini,
Dictami Cretici,
Cranij humani præparati, ana drachmam vnam.
Vngulæ Aſini ſylueſtris,
Cornu onagri.
Oſſis de corde Cerui,
Pulueri dentis maioris lupi,
Stercoris Pauonis aqua Theriacali, loti, & ſiccati, ana ſcrupulos duos.
Raſuræ Eboris,
Smaragdorum,
Margaritarum,
Coralli rubri præparati, ana drachmas duas.
Ambaræ griſcæ, ſcrupulum vnum.
Moſchi, grana quatuor.
Sacchari Candi, pondus duplum

*Fiat ex omnibus pulvis, additis aliquot folijs auri.*

### PVLVIS ANTILISSOS, *ſeu*, CONTRA RABIEM.

RECIPE. Foliorum rutæ,
Verbenæ,
Saluiæ minoris,
Plantaginis,
Polypodij,
Abſinthij vulgaris,
Mentæ,
Arthemiſiæ,
Meliſſophylli,
Betonicæ,
Hyperici,
Centaurij minoris,
} ana manipulum vnum.

*Omnia ex arte ſiccentur, & in tenuiſſimum puluerem reducantur.*

### PVLVIS DIATRAGANTHI FRIGIDI.

RECIPE. Gummi Tragacanthi, vnciam vnam.
Gummi Arabici, drachmas quinque.
Amyli, drachmas duas.
Glycyrrhizæ raſæ,
Seminis papaueris albi,
Seminorum quatuor frigidorum minorum, ana drachmam vnam.
Penidiorum, vnciam vnam & ſemis.

*Fiat ex omnibus puluis, in vaſe anguſti oris reponendus.*

### PVLVIS SIMPLEX DIAYREOS.

RECIPE. Iridi Illyricæ, vnciam ſemis.
Sacchari Candi,

Pulueris diatragacanthi frigidi, ana drachmas duas.
*Fiat puluis.*

## PVLVIS DIAMARGARITI FRIGIDI.

RECIPE. Margaritarum ſplendidarum, drachmas tres.
Ligni aloës,
Santalorum omnium,
Seminum quatuor frigidorum minorum.
Baccarum myrti,
Florum Bugloſſi,
Nympheæ,
Roſarum rubrarum,
Violarum,
Cornu Cerui crudi,
Raſuræ Eboris,
Coralli albi,
ana drachmam vnam.
Rubri, ana drachmam ſemis.
Caphuræ, grana octo.
*Fiat puluis.*

## DIAMBRA.

RECIPE. Cinnamomi,
Doronici,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis moſchatæ,
Folij,
Galangæ, ana drachmas tres.
Piperis longi,
Santali citrini.

Ligni aloës, ana drachmas duas.
Cardamomi vtriuſque,
Spicæ nardi, ana drachmam vnam.
Zingiberis, drachmam ſemis.
Ambræ, drachmam vnam.
Moſchi, drachmam ſemis.
*Fiat ex omnibus puluis vſui reponendus.*

## PVLVIS AROMATICI ROSATI.

RECIPE. Roſarum rubrarum, drachmas quindecim.
Glycyrrhizæ, drachmas ſeptem.
Cinnamomi, drachmas quinque.
Ligni aloës,
Santali citrini, ana drachmas tres.
Gummi Arabici,
Tragacanthi, ana drachmas duas, & ſcrupulos duos.
Caryophyllorum,
Macis, ana drachmas duas & ſemis.
Nucis moſchatæ,
Cardamomi,
Galangæ, ana drachmam vnam.
Spicæ nardi,
Ambræ, ana ſcrupulos duos.
Moſchi, ſcrupulum vnam.
*Fiat ex arte puluis.*

## PVLVIS DIARRHODONIS ABBATIS.

RECIPE. Roſarum rubrarum,
Sacchari candi, ana vnciam vnam & drachmas tres.
Santali albi,

Santali rubri, ana drachmas duas & ſemis.
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Spodij, ana ſcrupulos duos & ſemis.
Macis,
Spicæ Nardi,
Maſtiches,
Cardamomi,
Croci,
Santali citrini,
Caryophyllorum,
Trochiſcorum Gallæ moſchatæ,
Aniſi,
Fœniculi dulcis.
Cinnamomi,
Succi Glycyrrhizæ,
Rhabarbari,
Seminis baſiliconis,
Seminis berberis, ana ſcrupulum ſemis.
Seminis ſcariolæ,
Portulacæ,
Papaueris albi.
Quatuor ſeminum frigidorum minorum, ana ſcrupulum vnum.
Oſſis de corde Cerui,
Margaritarum præparatarum, ana ſcrupulum ſemis.
Moſchi, grana quatuor.

*Fiat puluis.*

PVLVIS

PVLVIS TRIVM SANTALORVM.

RECIPE. Trium ſantalorum, ana partes æquales.
*In tenuiſſimum puluerem reducantur.*

PVLVIS DIATRIA SANTALI.

RECIPE. Trium ſantalorum,
Roſarum rubrarum,
Seminis pſylij, ana drachmas tres.
Rhabarbari,
Raſuræ eboris,
Seminis portulacæ,
Succi Glycyrrhizæ, ana drachmas duas.
Amyli.
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Seminis ſcariolæ,
Quatuor ſeminum frigidorum minorum, ana ſcrupulos quatuor.
*Fiat puluis.*

PVLVIS LITHOTRIPTICON.

RECIPE. Sanguinis hirci præparati, vnciam vnam.
Sanguinis leporis vſti, vnciam ſemis.
Radicis œnones,
Cyclaminis,
Eringij,
Rubiæ tinctorum,
Cyperi,
Ireos Florentiæ,

Seminis millij ſolis,
Saxifragiæ,
Alkekengi, ana drachmas duas.
Lapidis ſpongiæ,
Putaminis oui vſti,
Tunicæ interioris ventriculi gallinę,
Baccarum Iuniperi,
Cardamomi,
Cinnamomi,
Macis, ana drachmam vnam & ſemis.
Seminis apij,
Petroſelini,
Ameos,
Aſparagi,
Carui,
Dauci,
Seſeleos,
Coriandri,
Citrij,
Maluæ ſylueſtris,
Melonum,
Peponum,
Pimpinellæ, ana drachmam vnam.
Gummi Ceraſi, drachmas duas.

*Omnia terantur ex arte, fiat puluis.*

## PVLVIS BEZOARDICVS.

RECIPE. Radicis Tormentillæ,
Angelicæ,
Enulæ Campanæ,

Gentianæ,
Pæoniæ, ana drachmas duas.
Ligni aloës,
Santali citrini,
Cornu cerui,
Eboris,
Oſſis de corde Cerui,
Granorum Iuniperi,
Cardamomi,
Seminum acetoſæ,
Cardui benedicti,
Caryophyllorum,
Macis,
Cinnamomi, ana vnciam vnam & ſemis.
Corticis citri.
Aurantiorum,
Dictami,
Scordij,
Scœnanthi,
Calami aromatici,
Roſarum,
Croci, ana drachmam vnam.
Boli armenæ in aqua roſarum lotæ,
Terræ Lemniæ, ana drachmas duas.
Caphuræ, grana octo.
Ambræ griſeæ,
Foliorum auri, ana ſcrupulum vnum.

*Fiat ex omnibus puluis, in vaſe idoneo reponendus.*

## PVLVIS DE CHALYBE.

RECIPE. Limaturæ Chalybis præparatæ, vncias duas.
Cinnamomi, drachmas ſex.
Myrrhæ, vnciam ſemis,
Radicis Ariſtolochiæ,
Rubiæ maioris, ana drachmas duas,
Seminis Leuiſtici,
Rutæ,
Apij,
Seſeleos, ana drachmam vnam & ſemis.
Summitatum Thymi,
Origani,
Matricariæ,
Calaminthes montanæ,
Pulegij,
Arthemiſiæ,
Hyſſopi,
Praſſij,
Meliſſophylli,
Pimpinellæ,
Betonicæ,
Nepetæ,
Sabinæ, } ana drachmas duas.
Macis, ſcrupulos duos.

*Omnia redigantur in puluerem, ſeruandum in vſus.*

## SCOBIS CHALYBIS PRÆPARATIO.

*Aqua diu abluitur & exſiccatur; deinde cum ſucco Limonum teritur, additis quibuſdam ſpiritus aciduli ſulphuris guttulis, iterúmque ſucco limonum lauatur, & teritur; ac in puluerem redigitur, ſeruandum ad vſum.*

## CAPVT XIII.

## DE ANTIDOTIS HVMIDIS.

### CONFECTIO ALKERMES.

RECIPE. Succi pomorum fragrantium,
Aquæ roſarũ odoratiſſimæ, ana libram vnam & ſemis.

*Infunde per viginti quatuor horas.*

Granorum kermes, libram vnam.
Sacchari, libras duas.

*Coque ad conſiſtentiam mellis, Miſturæ ab igne ſepoſitæ, & adhuc calenti, addito,*

Ambræ crudę minutim inciſæ, vnciam ſemis.

*Quibus optimè liquatis inijcito,*

Puluerum cinnamomi,
Ligni aloës, ana drachmas ſex.
Lazuli vſti, & loti.
Margaritarum pellucidarum, ana vnciam ſemis.
Foliorum auri, drachmam vnam.
Moſchi, drachmam ſemis.

*Fiat Electuarium molle vaſe vitreo rite obturato ſeruandum.*

### CONFECTIONIS DE HYACINTHO.

RECIPE. Hyacinthorum,
Coralli rubri,
Terræ Lemniæ,
Boli armenæ, ana vnciam ſemis.
Granorum kermes,
Radicis Tormentillæ,
Dictami,

Seminis citri mundati,
Croci,
Myrrhæ,
Roſarum rubrarum,
Santalorum omnium,
Oſſis de corde Cerui,
Cornu Cerui vſti,
Raſuræ eboris.
Seminis acetoſæ,
Portulacæ, ana drachmam vnam,
Sapphirorum,
Smaragdorum,
Lapidum Topazij,
Margaritarum,
Serici crudi,
Bracteolarum auri & argenti, ana ſcrupulos duos.
Caphuræ,
Moſchi,
Ambræ griſeæ, ana grana quinque.
Cum Syrupo Limonum,
*Fiat Confectio.*

## OPIATA SALOMONIS.

RECIPE, Corticis Citri conditi, libram ſemis.
Conſeruæ roſarum veteris.
Conſeruæ acetoſæ, ana vnciam vnam & ſemis.
Conſeruarum Helenij,
Bugloſſi,
Mithridatij, ana drachmas ſex.
Conſeruæ anthos, vnciam ſemis,

Seminis contra vermes,
Seminis Citri mundati, ana drachmas tres.
Cinnamomi, drachmas duas.
Caryophyllorum,
Radicis Dictami albi,
Cardui benedicti,
Corticis Citrij ſicci, ana drachmam vnam, & grana quindecim.
Ligni Aloës optimi, drachmam vnam.
Cardamomi,
Macis, ana ſcrupulos duos, & grana quindecim.
Radicis Gentianæ, drachmam ſemis.
Oſſa è corde ceruorum, numero quatuor.
Grana Iuniperi in aceto ſcillitico per noctem infuſa, numero viginti quinque.
Sacchari, libram ſemis.
Syrupi acetoſitatis citri quantùm ſatis.

*Fiat Opiata.*

## PHILONIVM MAGNVM.

RECIPE. Piperis albi,
Caſſiæ ligneæ,
Cinnamomi, ana drachmas duas.
Euphorbij præparati,
Pyrethri, ana drachmam ſemis.
Zedoariæ,
Spicæ nardi, ana ſcrupulos duos.
Seminis Hyoſciami, vnciam ſemis.
Opij præparati, drachmas duas & ſemis.
Croci, drachmam ſemis.

Caſtorei,
Myrrhæ, ana drachmam vnam & ſemis.
Seminis Apij,
Fœniculi,
Dauci,
Petroſelini, ana drachmam vnam.
Mellis optimi deſpumati quantùm ſufficit.
*Fiat Opiata.*

## THERIACA DIATESSARON.

RECIPE. Radicum Gentianæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Baccarum lauri,
Myrrhæ, ana vncias duas,
*Omnia probè trita* mellis deſpumati, libris duabus *excipiătur.*

## THERIACA ANDROMACHI SENIORIS.

RECIPE. Trochiſcorum ſcilliticorum, vncias ſex.
Trochiſcorum de Viperis,
Hedicroi magmatis,
Piperis longi,
Opij Thebaïci, ana vncias tres,
Roſarum rubrarum,
Iridis Illyricæ,
Succi Liquiritiæ,
Seminis Napi agreſtis,
Scordij Cretici,
Opobalſami Syriaci,
Cinnamomi,
Agarici albi, ana vnciam vnam & ſemis.

Coſti

Coſti albi recentis,
Nardi Indicæ,
Comarũ dictami Cretici,
Rhapontici recentis,
Zingiberis,
Radicis Pentaphylli,
Comarum marrubij virentis,
Summitatum ſtœchados,
Florum iunci odorati,
Petroſelini Macedonici,
Calaminthes montanæ,
Caſſiæ ligneæ,
Croci,
Piperis albi,
Piperis nigri,
Myrrhæ Trogloditicæ,
Thuris maſculi,
Terebinthinæ Chiæ,
} ana drachmas ſex.

Radicis Gentianæ,
Meu Athamantici,
Phu Pontici,
Nardi Celticæ,
Vuarum Amomi,
Chamæpythios,
Comarum Hyperici,
Foliorum Malabatri,
Polij Cretici,
Chamædryos,
Carpobalſami,
} ana drachmas quatuor.

Seminis Aniſi,
Fœniculi,
Cardamomi Ideo,
Seſeleos Maſſilienſis,
Ameos,
Ialaſpi,
Hypocyſtidos,
Acaciæ,
Gummi Arabici vermiculati,
Styracis calamitæ,
Boli armeniæ,
Chalcitidis vſtæ,
Sagapeni, ana drachmas quatuor.
Radicis Ariſtolochiæ tenuis,
Centaurij minoris,
Seminis Dauci Cretici,
Opoponacis,
Galbani puri,
Bituminis Iudaïci,
Caſtorei, ana drachmas duas.
Mellis Narbonenſis triplum,
Detractis ſuccis, & gummis, vini generoſi quantùm ſatis ſit diluendis.

*Fiat Opiata ex arte in vaſe idoneo reponenda.*

## MITHRIDATIVM.

RECIPE. Myrrhæ Trogloditicæ,
Croci,
Agarici,

Zingiberis,
Cinnamomi,
Nardi Indicæ,
Thuris,
Seminis Thlaſpeos, ana drachmas decem.
Seſeleos,
Opobalſami,
Schœnanthi,
Stœchados Arabicæ,
Coſti candidi,
Galbani,
Terebinthinæ, } ana vnciam vnam.
Macropiperis,
Caſtorei,
Succi hypocyſtidis,
Styracis calamitæ,
Opopanacis,
Folij,
Polij montani,
Piperis albi,
Scordij,
Seminis Dauci Cretici,
Carpobalſami,
Trochiſcorum Cypheos,
Bdelij, ana drachmas ſeptem,
Nardi Celticæ,
Petroſelini Macedonici,
Gummi Arabici,
Opij,
Cardamomi minoris,

Fœniculi,
Gentianæ,
Roſarum rubrarum,
Dictami Cretici, ana drachmas quinque.
Aniſi,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Acori,
Phu,
Sagapeni, ana drachmam tres.
Meu Athamantici,
Acaciæ,
Seminis Hyperici,
Scinci ventris, ana drachmas duas & ſemis.
Mellis optimi deſpumati triplum,
Detractis ſuccis & gummis vini optimi quantùm ſufficit.

*Fiat Opiata in vaſe idoneo reponenda.*

## NEPENTES.

RECIPE. Succi Hyoſcyami albi, libram vnam.
Opij Thebaïci, vncias duas.

*Miſceantur, coquantur lento igni donec craſſeſcant inſtar mellis: tunc ſuperinfunde ſpiritus vini quantùm ſatis ad tincturam extrahendam, cui adde*

Tincturam ſeorſim extractam Caſtorei, vnciæ ſemis.
Croci optimi, drachmarum duarum.

*Mixta lento igni inſpiſſentur ad craſſitiem mellis*, adijce,

Pulueris electuarij diamargariti, drachmam vnam.

*Fiat maſſa mollis, ſeruetur ad vſum.*

## CAPVT XIV.

## DE OLEIS.

OLea in Pharmacopolijs, ſeruanda ſunt ſponte naturæ,
Petroleum,
Opobalſamum,
Olea per expreſſionem elicita,
Oleum propriè dictum triplex,
Omphacinum ex oleis immaturis expreſſum,
Virgineum ex Oliuis tritis nondum torculari commiſſis,
Completum ex maturis oliuis torcularis compreſſu elicitum.

### OLEVM AMYGDALARVM DVLCIVM.

RECIPE. Amygdalas dulces quantas volueris. *Minutiſſimè contuſas panno aſpero cannabino inde, & ſine igne prælo ſenſim oleum exprime.*

Similiter per expreſſionem elicitur Oleum amygdalarum amararum,
Laurinum,
Nucis Iuglandis,
Moſchatæ,
Seminis Hyoſcyami,
Lini,
Papaueris,

*Quorum omnium præparatio vt nota obmittitur.*

Alia fiunt olea per infuſionem, & decoctionem, vt,

## OLEVM ABSINTHII.

RECIPE. Comarum Abſinthij virentis inciſarum, & contuſarum, vncias quatuor.
Olei Omphacini, libras tres.

*Macerentur per quindecim dies in nimbo vitreo ad Solem, ter repetendo comarum infuſionem, & vltimæ infuſioni addendo,*

Succi Abſinthij Vncias quatuor.

*Coquantur leuiter ad ſucci conſumptionem, & colatū Oleum ſerua.*

## OLEVM ROSATVM.

RECIPE. Olei communis bene loti, libras quatuor.
Foliorum roſarum rubrarum recentium expanſarum in mortario marmoreo piſtillo ligneo contuſarum, libram vnam.

*Stent in vaſe vitreo obturato, in ſola per ſeptem dies, tum leuiter coque, & exprime, abiectiſque roſis nouas immitte eadem quantitate.*

Oleum anethinum ex folijs & floribus,
Chamæmelinum ex floribus,
Cydoniorum ex malis Cydoneis non excorticatis, & oleo omphacino,
Oleum Hyperici ex ſummitatibus & floribus,
Keirinum ex floribus leucoï lutei,
Oleum liliorum alborum ex floribus,
Oleum menthæ ſatiuæ cum oleo omphacino,
Oleum Nympheæ ex floribus albis, & oleo omphacino,
Roſatum omphacinum ex roſis rubris nondum apertis.

Oleum violaceum, ex floribus violarum, & oleo omphacino.

## OLEVM DE CAPPARIBVS.

RECIPE. Corticum radicum Capparum, vnc. vnam.
Corticis Tamariſci,
Radicum Cyperi,
Radicis Ireos,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Foliorum Ceterach,
Tamariſci,
Seminis Agni caſti, ana drachmas duas.
Foliorum rutæ, & Sabinæ, ana drachmam vnam.
Vini albi optimi & aceti, vncias duas.
Olei maturi, libram vnam.

*Coquantur in duplici vaſe priùs contrita & inciſa, ad conſumptionem vini & aceti, percolatum Oleum ſerua vſui.*

## OLEVM MASTICHINVM.

RECIPE. Maſtiches parum tritæ, libram ſemis.
Vini rubri, libram vnam.
Olei omphacini, libras duas.

*Bulliant ad vini conſumptionem, Oleum colatum ſeruetur.*

## OLEVM EVPHORBII.

RECIPE. Euphorbij albi & puluerati, libram ſemis.
Permiſceatur vini rubri, vncijs ſex.
Olei Anethini, vncias decem.

*Bulliant ſimul in vaſe duplici, donec vinum exhalet.*

## OLEVM IRINVM.

RECIPE. Radicum Iridis recentium contuſarum, libram ſemis.
Succi earumdem, libram vnam.
Florum Iridis cæruleæ recentium, libram ſemis.
Olei Oliuarum, libras tres.
*Coquantur ad liquoris conſumptionem.*

## OLEVM LVMBRICORVM TERRESTRIVM.

RECIPE. Lumbricorum terreſtrium vino generoſo albo lotorum, libram ſemis.
Olei oliuarum, libras duas.
Vini albi, vncias quatuor.
*Coquantur ad vini conſumptionem.*

## OLEVM CASTOREI.

RECIPE. Caſtorei è membranis mundati, vnc. vnam.
Diſſoluatur in vini optimi, vncijs tribus.
Olei veteris, libram vnam.
*Coque ad vini conſumptionem.*

## OLEVM DE SCORPIONIBVS SIMPLEX.

RECIPE. Scorpios numero viginti.
Olei Amygdalarum amararum, libras duas.
*Macerentur in vaſe vitreo oris anguſti, probè obturato, diebus triginta in ſole æſtiuo, percolatum oleum ſeruetur.*

## OLEVM DE SCORPIONIBVS COMPOSITVM.

RECIPE. Radicis Ariſtolochiæ rotundæ,

Gentiana,

Gentianæ,

Ciperi,

Corticis radicis Capparum, ana vnciam vnam.

Olei amygdalarum amararum, libram vnam & ſemis.

*Omnia inſolentur miſta in vaſe vitreo operculato diebus viginti, deinde Scorpiones quindecim oleo inijce, obtura, inſola menſe integro, poſtremò colatura facta oleum ſerua.*

## OLEVM VVLPINVM.

RECIPE. Vulpem adultam non ſtrigoſam, vindemiarum tempore captam, exenteratam, pelle nudatam, & in partes ſectam.

Salis communis, vncias tres.

Summitatum Anethi,

Thymi,

Chamępityos, ana manipulum vnum.

*Coquantur in æquis partibus, & ſufficienti quantitate aquæ & vini albi, ad artuum & oſſium ſeparationem: in colaturæ lib. duab. adde* Olei, libras quatuor.

Saluiæ,

Roris marini, ana manipulum vnum.

*Bulliant rurſus ad aqueæ humiditatis abſumptionem, tum oleum percolato, & ſeruato.*

## OLEVM MYRTILLORVM.

RECIPE. Baccarum Myrti ſiccatarum confractarum, libram ſemis.

Olei Omphacini, libram vnam & ſemis.

Vini rubri auſteri, vncias quatuor.

*Macerato, coquantur ad vini conſumptionem, colentur, exprimãtur.*

## OLEVM CROCI.

RECIPE. Croci optimi,
Cardamomi,
Radicis acori, ana vnciam vnam.
Myrrhæ, vnciam ſemis.
*Infundantur aceto per ſex dies, poſtridie adde*
Olei oliuarum, libram vnam & ſemis.
*Coquantur lento igni ad aceti conſumptionem, colentur, & exprimantur.*

## BALSAMVM MESVE GVIDONI TRIBVTVM.

RECIPE. Myrrhæ electæ,
Aloës hepaticæ,
Spicæ Nardi,
Sanguinis Draconis,
Thuris,
Mumiæ,
Opoponacis,
Bdelij,
Carpobalſami,
Ammoniaci,
Sarcocollæ,
Croci,
Maſtiches,
Gummi Arabici, ana drachmas duas.
Styracis liquidæ,
Ladani,
Caſtorei, ana drachmas duas & ſemis.
Moſchi, drachmam ſemis.

Terebinthinæ ad pondus omnium.

*Arida terantur, vino macerentur, & percolentur: tum ſimul omnia terebinthinæ commiſceantur; tota mixtura in alembico ponatur, ex qua, vi ignis ſubſtructi calefacta, primùm exibit liquor tenuis, deinde craſſus, & ex rubro flaueſcens, qui Balſamum eſt.*

## BALSAMVM MIRABILE.

RECIPE. Foliorum, & florum, vel granorum Androſæmi,
Foliorum & florum, vel ſummitatum Hyperici,
Summitatum Botrycis vtriuſque,
Foliorum hederæ terreſtris, ana manipulos duos.
Saluiæ vtriuſque,
Chamæpityos, ana manipulum ſemis.
*In vaſe fictili macerentur per duos dies* in vini albi, libris duabus.
*adde* Olei veteris, libras duas & ſemis.
*Bulliant lento igni ad vini conſumptionem, in colatura permiſce*
Terebinthinæ, libram vnam.
Mannæ thuris, vncias quatuor.
Myrrhæ, vncias tres.
Maſtiches,
Sanguinis draconis, ana vncias duas.
Styracis calamitæ, vnciam vnam.
*Bulliant lento igne, deinde reponantur dies ſeptem in ſole, & ſeruentur in vaſe fictili ad vſum.*

## BALSAMVM ARCEI PRO VVLNERIBVS.

RECIPE Terebinthinæ claræ,
Gummi Elemnij, ana vnciam vnam & ſemis.

Pinguedi nis caſtrati, vncias duas.

Porcinæ, vnciam vnam.

*Liqueſiant ad ignem, fiat Balſamum.*

## CAPVT XV.

## DE VNGVENTIS.

### VNGVENTVM ROSATVM.

RECIPE, Adipis porcini recentis à membranis expurgati, aquâ primùm calente nouies, deinde toties frigidâ loti,

Roſarum rubrarum expanſarum & contuſarum, ana libras duas.

*Miſceantur cum adipe roſæ in quo dies ſeptem marceſcere relinquantur: fuſus adeps in vino duplici igne lento percoletur, in quo rurſus roſarum rubrarum contuſarum tantumdem maceretur diebus ſeptem, affuſa,*

Succi roſarum rubrarum, libra vna,

Olei amygdalarum ſine igne expreſſi, vncijs tribus.

*Senſim coquatur in vaſe duplici dum ſuccus totus abſorptus fuerit, deinde exprime, abiectiſque roſis ſeruetur.*

### VNGVENTVM POPVLEVM.

RECIPE, Oculorum, ſeu gemmarum Populi nigræ, libram vnam & ſemis.

Adipis porci recentis loti, libras tres.

*Oculi Populi macerentur cum adipe ad Maium menſem, deinde*

RECIPE. Foliorum papaueris nigri,
Foliorum Mandragoræ,
Hyoſcyami albi,
Solani hortenſis,
Vermicularis,
Semperuiui maioris,
Lactucæ,
Bardanæ,
Violarum,
Vmbilici Veneris,
Cimarum rubi tenellarum, } ana vncias duas.

*Herbæ tuſæ in mortario, oculi & axungia miſceantur, & per octo, vel decem dies macerentur.*

*Deinde coquantur ſupra lentum ignem in vini odorati ſufficienti quantitate, donec vinum conſumatur; poſtea colentur, & exprimantur expreſſumque vnguentum reponatur.*

## VNGVENTVM ALBVM RHASIS.

RECIPE. Ceræ albæ, vncias tres.
Ceruſæ in aqua roſarum lotæ, vncias ſex.
Olei roſati, vncias duodecim.
Albuminum ouorum numero tria.
*Ex arte fiat vnguentum.*

## VNGVENTVM POMPHOLYGOS.

RECIPE. Olei roſati omphacini, vncias viginti.
Succi granorum ſolani, vncias octo.
*Coquantur ad ſucci conſumptionem. Adde*
Ceræ albæ, vncias quinque.
Ceruſæ lotæ, vncias tres.

Pulueris plumbi vſti & loti,
Pompholygos, ana vncias duas.
Thuris, vnciam vnam.
*Coquantur, fiat vnguentum.*

## VNGVENTVM BASILICVM.

RECIPE, Ceræ Citrinæ,
Picis nigræ,
Reſinæ, ana libram ſemis.
Olei communis quantùm ſatis.
*Fiat ſecundùm artem vnguentum.*

## VNGVENTVM APOSTOLORVM.

RECIPE, Ammoniaci,
Reſinæ,
Terebinthinæ,
Ceræ Citrinæ, ana drachmas quatuordecim.
Lithargyri auri, drachmas nouem.
Ariſtolochiæ longæ,
Bdelij,
Thuris maſculi, ana drachmas ſex.
Æruginis,
Galbani,
Opoponacis,
Myrrhæ, ana vnciam ſemis.
Olei communis, libras duas.
Aceti quantùm ſatis.
*Fiat ſecundùm artem vnguentum.*

## VNGVENTVM AVREVM.

RECIPE. Olei communis, libras duas.
Ceræ Citrinæ, vncias ſex.
Terebinthinæ, vncias duas.
Reſinæ pini,
Colophoniæ, ana vnciam vnam & ſemis.
Maſtiches,
Thuris, ana vnciam vnam,
Croci, drachmam vnam.
*Fiat ex arte vnguentum.*

## VNGVENTVM ÆGYPTIACVM.

RECIPE. Mellis communis, vncias quatuordecim.
Aceti fortis, vncias ſeptem.
Æruginis æris, vncias quinque.
*Coquantur igne lento ad iuſtam craſſitiem, & reponatur vſui vnguentum.*

## VNGVENTVM DE BOLO.

RECIPE. Boli Armenæ, libram ſemis.
Succorum Solani,
Plantaginis, ana vncias tres.
Aceti, vncias duas,
Olei roſati, libram vnam.
*Senſim agitentur in mortario, donec vnguenti ſpiſſitudinem acquirant.*

## VNGVENTVM COMITISSÆ.

RECIPE. Corticis mediani Caſtanearum,
Glandium quercus,

Corticum fabarum,
Baccarum Myrti,
Caudæ equinæ,
Gallarum,
Acinorum vuarum,
Sorborum immaturorum ſiccorum,
Meſpilorum acerborum ſiccatorum,
Foliorum Pruni ſylueſtris,
Radicis Chelidoniæ, } ana vnciam vnam, & ſemis

*Contundantur aliquantulùm & coquantur in* aquę plantaginis libris octo *ad medias. Dein in colatura lauentur ſequentia nouem vicibus ſemper recentem decoctionem affundendo quotieſcumque laueris.*

RECIPE. Olei Myrtillorum,
Maſtichini, libram vnam & ſemis.
Ceræ albæ, vncias octo & ſemis.

*His liquatis, & lotis inſperge ſequentem puluerem.*

RECIPE, Corticis mediani Caſtanearum,
Glandium,
Corticum quercus,
Gallarum, ana vnciam vnam.
Cineris oſſium cruris bubuli,
Baccarum Myrti,
Acinorum vuarum,
Sorborum immaturorum, & ſiccorum, ana vnciam ſemis.
Trochiſcorum de Karabe, vncias duas.

*Fiat vnguentum vt artis eſt.*

VNGVENTVM

## VNGVENTVM ENVLATVM.

RECIPE. Radicis Inulæ mundatæ, in aceto cum aquę quarta parte coctæ, fuſæ, & colatæ, libram vnam.
Axungiæ porcinæ veteris & ſalitæ,
Olei communis, ana vncias tres.
Ceræ nouæ flauæ, vnciam vnam.
Hydrargyri extincti,
Terebinthinæ claræ, ana vncias duas.
Salis vulgaris, vnciam ſemis.
*Fiat vnguentum.*

## VNGVENTVM RESVMPTIVVM.

RECIPE. Butyri recentis, libram vnam.
Ceræ flauæ, libram ſemis.
Axungiæ porci, quartarium vnum.
Axungiarum anſerum,
Anatis,
Gallinæ,
Olei amygdalini,
Anethini,
Chamæmelini, ana vncias duas.
Mucaginum radicis altheæ, lini, ana vnciam vnam & ſemis.
Mucaginis fœnugræci,
Oeſypi humidæ, ana vnciam vnam & ſemis.
*Fiat vnguentum vt artis eſt.*

## VNGVENTVM DIALTHEÆ.

RECIPE. Radicis Altheæ recentis mundatæ, & contuſæ, libram vnam.

Maceretur in aquæ decoctionis hordei, libris tribus.
Seminum lini,
Fœnugræci contuſorum, ana libram ſemis.
*Macerentur iſta duo per viginti quatuor horas,* In aquæ decoctionis hordei, libris tribus.

*Super calidos cineres leuiter bulliant & mucilago exprimatur de qua ſume, libram vnam.*

Adipis ſuilli recentis,
Medullę vituli, ana vncias duas.
Olei violarum,
Amygdalarum dulcium, ana libram ſemis.
Olei communis ſalis expertis, libram vnam.

*Bulliant ſimul ad mucilaginis conſumptionem ſemper agitando, ac tum, adde*

Ceræ minutim conciſæ, vncias octo.
Reſinæ puluerataæ, vncias tres.

*Liquatis & ab igne remotis ac paulatim refrigeratis adijce*

Terebinthinæ,
Gummi ammoniaci, in vino albo ſoluti, colati, ad mellis craſſitudinem cocti, & poſteà Terebinthinæ permiſti, ana vnciam vnam.

*Omnia commiſta & piſtillo ligneo agitata redigantur in vnguentũ.*

## VNGVENTVM AREGON.

RECIPE. Laureolæ, vncias nouem.
Calamenti, libram ſemis.
Radicis cucumeris agreſtis,
Ireos recentis,
Maioranæ,
Cimarum roriſmarini,

Serpylli,
Rutæ, ana vncias quatuor.
Foliorum lauri,
Saluiæ,
Sabinæ, ana vncias tres.
Zingiberis,
Piperis, ana vnciam ſemis.
Pyrethri,
Euphorbij,
Petrolei, ana vnciam vnam.
Maſtiches,
Thuris, ana drachmas ſex.
Olei Moſcatellini, vnciam ſemis.
Adipis Vrſi,
Olei lauri, ana vncias tres.
Butyri, vncias quatuor.
Ceræ puræ, vncias quinque.
Olei communis, libras quinque.

*Herbis & radicibus vino maceratis, coctis cum oleo, colatis, & additis pinguibus & pulueribus fiat vnguentum vt artis eſt.*

## VNGVENTVM AGRIPPÆ.

RECIPE. Radicis Brioniæ, libras duas.
Cucumeris Aſinini, libram vnam.
Scillæ, libram ſemis.
Ireos, vncias tres.
Radicis filicis,
Ebuli,
Tribulorum aquaticorum, ana vncias duas.
Olei veteris, libras quatuor.

Ceræ Citrinæ, vncias quindecim.
*Fiat vnguentum ex arte.*

## VNGVENTVM MARTIATVM.

RECIPE. Olei antiqui, libras duas.
Ceræ, libram vnam.
Roris marini,
Foliorum lauri,
Rutæ, ana vncias quatuor.
Maioranæ, vncias tres.
Ebuli,
Sabinæ,
Balſamitæ,
Ozymi,
Eleliſphaci,
Polij montani,
Calaminthes,
Arthemiſiæ,
Enulæ,
Betonicæ,
Acanthi,
Spargulæ,
Herbæ venti,
Pimpinellæ,
Agrimonij,
Abſinthij,
Herbæ paralyſis,
Coſti noſtratis hortenſis,
Cimarum Sambuci,
Vermicularis, } ana vnciam vnam & drachmas duas.

| | |
|---|---|
| Semperuiui maioris,<br>Milleſolij,<br>Chamædryos,<br>Quinqueneruiæ,<br>Centaurij minoris,<br>Fragariæ,<br>Pentaphylli, | ana vnciam vnam & drachmas duas. |

Radicis Altheæ,
Cumini,
Myrrhæ, ana vnciam vnam & ſemis.
Fœnugræci,
Butyri, ana drachmas ſex.

| | |
|---|---|
| Seminis vrticæ,<br>Violarum,<br>Papaueris albi,<br>Menthæ ſatiuæ,<br>Menthæ agreſtis,<br>Rubiæ tinctorum,<br>Oxylapathi,<br>Polytrichi,<br>Cardui benedicti,<br>Periclymeni,<br>Herbæ moſchatæ,<br>Florum Chamæmeli,<br>Scolopendrij,<br>Criſpulæ,<br>Herbæ camphoratæ,<br>Styracis calamitæ,<br>Thuris,<br>Medullæ cerui, | ana drachmas duas. |

Axungiarum Vrſi,
Gallinæ,
Anſeris,
Maſtiches, ana vnciam ſemis.
Olei Nardini, vnciam vnam.

*Radices & herbæ tritæ vino macerentur, coquantur, oleum affundatur, & rurſus coquantur, donec marceſcant: colato liquore, & calente cerâ liquetur dein Butyrum & axungiæ, & fiat vnguentum.*

## VNGVENTVM CRVDVM NVTRITVM.

RECIPE, Lythargyri auri tenuiſſimè læuigati, lib. ſemis.
Olei roſacei,
Aceti vini, ana quantùm ſatis.

*Fiat nutriendo in mortario ſecundùm artem vnguentum.*
*Idem paratur cum ſuccis plantaginis & ſolani.*

## VNGVENTVM NICOTIANVM.

RECIPE, Foliorum Nicotianæ maioris, libram vnam & ſemis.
Apij, libram ſemis.
Axungiæ porcinæ, libram vnam & ſemis.

*Macerentur ſimul per noctem cum* vini rubri, libra ſemis.
*Manè bulliant igne lento ad vini conſumptionem. Colato expreſſo adde,*
Succi Nicotianæ, vncias quatuor.
*Coquantur ad liquoris conſumptionem, deinde adijce,*
Ceræ Citrinæ minutim conciſæ, vncias duas.
Reſinæ abiegnæ pulueratæ, vncias quatuor.
*Quibus liquatis, & ab igne ſepoſita pelui, medicamentóque me-*

*dia ex parte refrigerato, adde,*

Pulueris ariſtolochiæ rotundæ, vncias duas.

*Exquiſitè miſceantur, & fiat vnguentum.*

## VNGVENTVM ARTHANITÆ.

RECIPE, Radicum Cyclaminis, libram vnam.
Succi Cucumeris aſinini,
Butyri vaccini, ana libram ſemis.
Olei Irini, libram vnam.
Radicum Polypodij quercini, vncias tres.
Pulpæ Colocyntidis, vnciam vnam & ſemis.
Euphorbij, drachmas duas.

*Contundendis contuſis, macerentur ſimul omnia per triduum, poſteà leuiter ebulliant ad ſuccorum conſumptionem, colentur, & exprimantur, in expreſſo liqueſiant*

Ceræ flauæ, vnciæ duæ & ſemis.

*Hiſce adhuc tepidis immiſceantur,*

Sagapeni aceto ſoluti, cocti, & percolati, & denuò ad conſiſtentiam vnguenti euaporati, drach. tres.
Fellis taurini euaporati ad mellis craſſitiẽ, vnc. ſemis.

*Et poſtremò ſequentia tenuiſſimè puluerata,*

Scammonij,
Colocyntidis,
Turbith,
Aloës,
Meſerei, ana drachmas duas & ſemis,
Euphorbij,
Myrrhæ,
Florum Camomillæ,
Piperis longi,

Zingiberis, ana drachmam vnam.
Salis gemmæ, drachmas duas.
*Fiat ſecundùm artem vnguentum.*

## VNGVENTVM CITRINVM.

RECIPE Boracis,
Marmoris albi, ana drachmas duas.
Caphuræ, drachmam vnam.
Coralli albi, vnciam ſemis.
Amianti,
Vmbilici marini,
Antali,
Dentali,
Cryſtalli,
Nitri,
Tragacanthi,
Amyli,
Thuris albi, ana drachmas tres.
Gerſæ, vnciam vnam.
Ceruſæ, vncias ſex.
Adipis ſuilli recentis, nec ſaliti, libram vnam & ſemis.
Seui Caprini, vnciam vnam & ſemis.
Adipis Gallinæ, vnciam vnam.
Mala Citria, numero duo.

*Ea minutim inciſa, adipibus liquatis, miſceantur coquantur & percolentur: expreſſo liquori reliqua ex arte puluerata commiſcebuntur, vt fiat vnguentum.*

## VNGVENTVM SPLENITICVM.

RECIPE, Olei de Capparibus,
Olei de Iaſmino, ana vncias nouem.

Butyri

Butyri æſtiui & inſulſi, libram ſemis.
Succorum Brioniæ, & cyclaminis, ana vncias ſeptem.
Gummi Ammoniaci aceto diſſoluti, vncias duas.
Puluerum Corticis Tamariſci,
Fraxini,
Ceterach,
Seminis Agni caſti, ana vnciam vnam.
Cumini, drachmas duas.
Ceræ nouæ & odoratæ quantùm ſufficit.
*Fiat vnguentum cui adde,* Olei de ſpica, drachmas duas.

## VNGVENTVM MVNDIFICATIVVM.

RECIPE, Abſinthij,
Centaurij minoris,
Agrimonij.
Veronicæ,
Ormini,
Plantaginis, ana manipulum vnum.
*Macerentur in* libris duabus aquæ, *& coquantur lento igni donec marceſcant, in* libra ſemis *colaturæ expreßæ inijce*
Mellis communis, libram ſemis.
*Bulliant rurſus ad aquæ ferè diſſipationem; tum adde,*
Olei roſati, libram vnam.
Ceræ in eodem liquatæ, vncias tres.
Pulueris Cancrorum vſtorum, drachmas tres.
Farinæ lupinorum,
Pulueris radicum Gentianæ, ana drachmas duas.
Myrrhæ,
Aloës, ana drachmam vnam & ſemis.
Ireos,

Viridis æris, ana drachmam vnam.

*Fiat vnguentum, vt artis eſt.*

## CAPVT XVI.

## DE CERATIS.

### CERATVM REFRIGERANS.

RECIPE, Ceræ albæ, vnciam vnam.
Olei roſati omphacini, vncias quatuor.

*Liquentur ſimul in vaſe duplici, refrigeratis affundatur in mortario aquæ frigidæ quantùm abſorbere poterunt, percutiendo & agitando, poſtremò addatur,*

Aceti, vncia vna & ſemis.

*Fiat Ceratum.*

### CERATVM SANTALINVM.

RECIPE, Roſarum rubrarum, drachmas duodecim.
Santali rubri, drachmas decem.
Santali albi,
Santali Citrini, ana drachmas ſex.
Boli Armenæ, drachmas ſeptem.
Ceræ albæ lotæ, drachmas triginta.
Eboris, drachmas ſeptem.
Caphuræ, drachmas duas,
Olei roſati, libram vnam.

*Fiat Ceratum vt artis eſt.*

### CERATVM STOMACHICVM.

RECIPE, Roſarum,
Maſtiches, ana drachmas decem.

Foliorum Abſinthij ſicci, drachmas ſeptem & ſemis.
Spicę nardi, drachmas quinque.
Ceræ, vncias duas.
Olei roſati, vncias nouem.
*Fiat ex arte Ceratum.*

## CERATVM ŒSIPATVM.

RECIPE, Oeſipi, vncias decem.
Oleorum Chamæmeli,
Irini, ana libram ſemis.
Ceræ flauæ, vncias tres.
Maſtiches,
Terebinthinæ, ana vnciam vnam.
Refinæ, vnciam ſemis.
Spicæ Nardi, drachmas duas & ſemis.
Croci, drachmam vnam & ſemis.
Ammoniaci, vnciam vnam.
Styracis calamitæ, vnciam ſemis.
*Fiat Ceratum ſecundùm artem.*

## CERATVM HYSTERICVM.

RECIPE, Galbani, vnciam vnam & ſemis.
Aſſæ fœtidę, vnciam ſemis.
Myrrhæ rubræ, drachmas duas.
Bdelij mollis,
Pulueris Matricariæ,
Arthemiſiæ, ana drachmam ſemis.
Seminis Dauci Cretici, ſcrupulum vnum.
Olei ſuccini guttulas aliquot,
*In vino albo diſſoluantur gummi, & fiat Ceratum.*

## CAPVT XVII.

# DE EMPLASTRIS.

### EMPLASTRVM PALMEVM.

RECIPE, Chalcitidis, vel, Vitrioli Romani, vncias quatuor.
Lithargyri aurei,
Olei veteris, ana libras tres.
Axungiæ ſuillæ veteris, drachmas duas.

*Coque lento igni aſſiduè mouendo ſpatulâ ex ramo palmæ recentis, donec iuſtam craſſitudinem acquirat, tum in Magdaleas formetur maſſa, Vitriolum in fine inijce.*

### EMPLASTRVM DIACHYLON ALBVM.

RECIPE, Olei Communis, libras tres.
Lithargyri auri, libram vnam & ſemis.
Mucilaginis radicum Altheæ,
Lini,
Pœnugræci, ana libram vnam.

*Fiat Emplaſtrum.*

### EMPLASTRVM DIACHYLON IREATVM.

RECIPE, Maſſæ præſcripti Emplaſtri adhuc calidæ, libram vnam.
Pulueris Iridis Florentiæ, vnciam vnam.

*Fiat Emplaſtrum.*

## DIACHYLVM MAGNVM.

RECIPE, Lithargyri auri, libram vnam.
Olei Irini,
Chamæmelini,
Anethini, ana vncias octo.
Terebinthinæ, vncias tres.
Reſinæ pini,
Ceræ flauæ, ana vncias duas.
Mucilaginis ſeminis lini,
Fœnugræci,
Ficuum pinguium recentium,
Vuarum paſſarum,
Ichthyocollæ,
Succi Iridis,
Scillæ,
Oeſypi, ana drachmas duodecim ſemis.
*Fiat Emplaſtrum.*

## DIACHYLON GVMMATVM.

RECIPE. Maſſæ præſcripti Emplaſtri, libras tres.
Diachyli magni, libras tres, cui adde,
Ammoniaci,
Galbani,
Bdelij vino diſſolutorum, & ad mellis craſſitudinem coctorum, ana vnciam vnam.
*Fiat Emplaſtrum.*

## EMPLASTRVM DE BETONICA.

RECIPE. Succorum Betonicæ,
Plantaginis,

Apij, ana libram vnam.
Succorum Verbenæ,
Pimpinellæ,
Ceræ flauæ,
Reſinæ pini, ana libram ſemis.
Picis naualis,
Terebinthinæ,
Maſtiches, ana vnciam vnam.
Cera, reſina, & pix nigra,

*Liquentur cum ſuccis colatis, & non depuratis, quibus liquatis adde,* Foliorum Betonicæ, manipulos duos.
Plantaginis, &
Apij, ana manipulum vnum.

*Coque ad ſuccorum conſumptionem, tum adde Terebinthinam, & ab igne remoue, atque exprime vbi refrigerare cœperit maſtichen pulueratam permiſce.*

## EMPLASTRVM PRO STOMACHO.

| | |
|---|---|
| RECIPE, Coralli rubri, | ana drachmas tres. |
| Aloës lotæ, | |
| Menthæ ſiccæ, | |
| Abſinthij Pontici, | |
| Cinnamomi, | |
| Nucis moſchatæ, | |
| Macis, | |
| Galangæ, | |
| Calami aromatici, | |
| Maſtiches. | |
| Thuris, | |
| Styracis Calamitæ, | |
| Benzoïni, | |

Caryophyllorum,
Roſarum rubrarum, ana drachmas ſex.
Ladani puri,
Terebinthinæ, ana vncias octo.
*Ceræ nouæ fiat Emplaſtrum.*

## EMPLASTRVM DE MELILOTO.

RECIPE, Summitatum Meliloti, vncias ſex.
Foliorum abſinthij,
Maioranæ,
Florum Chamæmeli,
Seminis fœnugræci,
Baccarum lauri,
Radicum Altheæ, ana drachmas tres.
Cyperi,
Iridis,
Spicæ Nardi Indicæ,
Caſſiæ ligneæ,
Seminis Amios,
Apij,
Cardam omi minoris, ana vncias duas & ſemis.
Ammoniaci, drachmas decem.
Bdelij,
Styracis calamitæ, ana drachmas quinque.
Terebinthinæ, vnciam vnam & ſemis.
Ficus ſucatas, numero duodecim.
Reſinæ,
Seui hircini, ana vncias quatuor.
Ceræ Citrinæ, vncias octo.
Olei ſpicæ, vncias duas.

Maioranæ quantùm ſatis.
*Fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.*

## EMPLASTRVM DE MVCILAGINIBVS.

RECIPE, Olei Mucaginum, vncias ſex.
Ammoniaci,
Galbani,
Opoponacis,
Sagapeni, ana vnciam ſemis.
Croci, drachmas duas.
Ceræ Citrinæ, vncias viginti.
Terebinthinæ, vncias duas.
*Fiat ſecundùm artem Emplaſtrum.*

## EMPLASTRVM OXYCROCEVM.

RECIPE, Ceræ Citrinæ,
Colophoniæ,
Picis naualis, ana vncias tres.
Ammoniaci,
Galbani,
Maſtiches,
Myrrhæ,
Terebinthinæ,
Thuris, ana vncias duas.
Aceti quantùm ſatis diſſoluendis gummis.
*Fiat ſecundùm artem Emplaſtrum.*

## EMPLASTRVM DE RANIS CVM, ET SINE MERCVRIO.

RECIPE, Olei Chamæmelini,
Anethini,

Liliorum

Liliorum alborum,
Spicæ, ana vncias quatuor.
Olei Crocini, vncias duas,
Axungiæ porcinæ, libras duas.
Pinguedinis vitulinæ, libram vnam.
Olei laurini, vncias octo.
Thuris maſculi, vncias duas & ſemis.
Euphorbij, drachmas decem.
Ranas viuentes vino lotas, numero duodecim,
Lumbicorum terreſtrium, vino ablutorum, vncias octo.
Foliorum Matricariæ,
Foliorum Schœnanthi,
Stœchados, ana, manipulos duos.
Succi radicis ebuli,
Enulæ Campanæ,
Terebinthinæ, ana vncias quatuor.
Styracis liquidæ,
Lithargyri auri, libras duas.
Argenti viui Terebinthina extincti, vncias octo.
Vini generoſi, libras quatuor.
Ceræ albæ quantùm ſatis.

*Fiat ſecundùm artem Emplaſtrum.*

## EMPLASTRVM DE CERVSA.

RECIPE, Olei roſati, libras duas.
Ceruſæ lotæ, libram vnam & ſemis.
Ceræ albæ, vncias quatuor.

*Coque in vaſo ſtannato igni lento in maſſam ex qua formentur magdaliæ vſui neceſſario reponendæ.*

## EMPLASTRVM DE SVLPHVRE.

RECIPE, Picis naualis,
Reſinæ,
Ceræ flauæ, ana vncias duodecim.
Sulphuris tenuiſſimè triti,
Olei Chamæmeli, ana vncias quatuor.
Terebinthinæ,
Puluerum Ireos,
Cumini, ana vnciam vnam, & ſemis.
*Ex arte paretur Emplaſtrum.*

## EMPLASTRVM DIVINVM.

RECIPE, Opopanacis,
Maſtiches,
Ariſtolochiæ longæ,
Æruginis, ana vnciam vnam.
Olibani, drachmas nouem.
Galbani,
Myrrhæ, ana drachmas decem.
Bdelij, vncias duas.
Ammoniaci, vncias tres.
Lapidis magnetis, vncias quatuor.
Ceræ flauæ, vncias octo.
Lithargyri auri,
Olei communis, ana libram vnam & ſemis.
*Miſce omnia, vt decet, fiat Emplaſtrum.*

## EMPLASTRVM CONTRA RVPTVRAM.

RECIPE, Picis naualis,
Aloës, ana vncias tres.

Lithargyri,
Ceræ albæ,
Colophoniæ,
Galbani,
Ammoniaci, ana vncias duas.
Viſci querni, vncias ſex.
Ariſtolochiæ longæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Gypſi, ana vncias quatuor.
Myrrhæ,
Thuris, ana vncias ſex.
Terebinthinæ, vncias duas.
Vermium terræ,
Gallarum,
Symphyti maioris,
Symphyti minoris,
Boli Armeniæ, ana vncias quatuor.
Sanguinis humani, libram vnam.
Oleorum Maſtiches,
& Citoniorum, ana libram ſemis.
Iuris pellis arietinæ quantùm ſufficit.

*Fiat Emplaſtrum.*

## EMPLASTRVM VESICANS EPIPASTICVM.

RECIPE, Synapi,
Euphorbij,
Piperis longi, ana drachmam vnam & ſemis.
Staphydis agriæ,
Pyrethri, ana drachmas duas.
Gummi ammoniaci.

Galbani,
Bdelij,
Sagapeni, ana drachmas tres.
Cantharidum, drachmas decem.
Picis naualis,
Reſinæ,
Ceræ Citrinæ, ana drachmas ſex.
Terebinthinæ quantùm ſufficit.
*Fiat vt artis eſt Emplaſtrum.*
*Si efficacius volueris, adde*
Euphorbij, & Cantharidum, ana drachmas duas.

## EMPLASTRVM CONTRA CONTVSIONEM.

RECIPE, Myrtillorum,
Sanguinis draconis,
Boli armeniæ, ana libram ſemis.
Roſarum rubrarum,
Florum Chamæmeli, ana vnciam vnam & ſemis.
Maſtiches, vncias tres.
Gummi elemnij,
Reſinæ pini, ana libram vnam.
Ceræ flauæ, libram ſemis.
Olei Myrtillorum, vncias quatuor.
*Fiat ex arte Emplaſtrum.*

## EMPLASTRVM AD FRACTVRAS.

RECIPE, Radicis Symphyti maioris,
Altheæ,
Viſci querni, ana vncias duas.
Plantaginis,

Chamæpithyos,
Hypericonis, ana manipulum vnum.

*Fiat decoctio in æquis partibus vini nigri, & aquæ fabrorum ad medias, in colatura adde,*

Mucaginis ſeminis Citoniorum in decocto omazorum extractæ,
Olei maſtiches,
Olei roſarum, ana vncias quatuor.
Ceræ virginis, libram vnam.
Lithargyri auri, vncias duas.
Terebinthinæ, vncias tres.
Balauſtiorum,
Roſarum,
Mirtillorum,
Acaciæ, ana vnciam ſemis.
Mumiæ,
Granorum Androſæmi,
Colophoniæ,
Maſtiches,
Succini, ana drachmas ſex.
Picis naualis, vnciam vnam & ſemis.
Boli Armeniæ,
Farinæ volatilis,
Thuris, ana vnciam vnam & ſemis.
Sanguinis draconis, vncias duas.

*Ex arte fiat Emplaſtrum.*

## EMPLASTRVM PRO MATRICE.

RECIPE, Radicis Biſtortę, libram ſemis.
Ligni Aloës,

Santali moſchatelini,
Nucis moſchatæ,
Verberis,
Antheræ, ana vnciam ſemis.
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Schœnanthi,
Florum Chamæmeli, ana drachmas duas.
Thuris,
Maſtiches,
Aliptæ moſchatæ,
Styracis calamitæ,
Styracis rubeę, ana drachmam ſemis.
Moſchi, grana numero quindecim.
Ceræ Citrinæ, vncias nouem.
Terebinthinę, vncias tres.
Labdani, libras duas.
Picis naualis, libram vnam & ſemis.
Olei moſchatelini, vncias duas.

*Fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.*

## TELA GALTERII.

RECIPE, Olei roſati, libram ſemis.
Seui arietini, vncias quatuor.
Ceræ, vncias decem,
Lithargyri,
Reſinę pini,
Thuris,
Maſtiches, ana vncias duas.
Boli Armenię,

Farinę volatilis, ana vnciam vnam.

*Ex arte fiat Emplaſtrum, in quo adhuc calido immergatur tela parum attrita.*

## DVM PRÆSCRIBIT MEDICVS DECOCTVM COMMVNE CLYSTERIS HANC FORMVLAM INTELLIGIT.

RECIPE, Malvę,
Violarię,
Parietarię,
Betę,
Mercurialis, ana manipulum vnum.
Seminis fœniculi, vnciam ſemis.
*Coquantur in ſufficienti quantitate aquæ.*

## QVANDO DECOCTVM COMMVNE ENEMATIS EMOLLIENTIS ET REFRIGERANTIS.

RECIPE, Decocti præſcripti detracto ſemine fœniculi, quantùm ſatis. *Tum adde & coque,*
Foliorum Borraginis,
Lactucę,
Cichorij, ana manipulum ſemis.
Seminum quatuor frigidorum maiorum, contuſorum, ana drachmas duas.

## QVANDO DECOCTVM CLYSTERIS CARMINANTIS.

RECIPE, Prædicti decocti emollientis cum ſemine fœniculi, quantùm ſatis: *coque in eo,*
Aniſi, drachmas tres.
Chamæmeli,
Anethi, ana pugillum vnum.

## QVANDO PRÆSCRIBITVR DECOCTVM COMMVNE MEDICINÆ.

RECIPE, Hordei mundati, pugillum vnum.
Prunorum, paria ſex.
Paſſularum,
Liquiritię, ana drachmam ſemis.
Aniſi,
Fœniculi, ana drachmas tres.
Florum cordialium, ana pugillum vnum.

*Bulliant omnia in aquæ electæ*, libris duabus, *ad mediæ partis conſumptionem: æſtiuo tempore mutanda ſunt*, aniſi & fœniculi ſemina, *& illorum loco addenda* ſemina frigida maiora, quorum omnium *doſis ſit vnciæ vnius: ſi decoctio laxans præſcribatur infundi debet*,

Foliorum Sennę, vncia ſemis.

## QVANDO EXPOSCITVR DECOCTIO PECTORALIS.

RECIPE, Hordei integri, pugillum vnum.
Iujubarum,
Paſſularum, ana vnciam vuam.
Liquiritię, vnciam ſemis.
Hyſſopi, manipulum ſemis.
Capilli Veneris, manipulum vnum.
Florum violarum, pugillum vnum.

*Bulliant omnia in aquæ electa* libris duabus, *ad mediæ partis conſumptionem: ſeruetur ad vſum colatura.*

## CAPVT XVIII.

*QVia ſinè conſilio quidpiã ſubſtituere periculoſæ plenũ opus eſt aleæ, eò quòd in medicina bis peccare ſæpè non cõtingit; ne ſpurij pharmacopolæ pro legitimis ſpuria medicamenta vendant, ne ſinè diſcrimine quæuis ſimplicia in eorum quæ deficiunt locum perperam ſubſtituãtur antiballomena, ceu ſimplicia ſubſtituenda deficientibus, aut exoletis proponimus, vt fecerant recentiores, Galenum ſequuti, vtque fuit in votis Pharmacopolis de meliori nota.*

| | | |
|---|---|---|
| AQuæ fontanæ, | Subſtituitur. | *Aqua fluuiatilis.* |
| Aquæ pluuiali, | | *Item fluuiatilis aqua.* |
| Abſinthio, | | *Origanum.* |
| Acaciæ, | | *Hypochiſtis.* |
| Acantho, | | *Malua.* |
| Acoro, | | *Radix Aſari.* |
| Adianto vero, | | *Commune.* |
| Ammi, | | *Aniſum.* |
| Amomo, | | *Acorus.* |
| Ammoniaco, | | *Propolis.* |
| Amygdalis amaris, | | *Nuclei Perſicorum.* |
| Adipi vulpis, | | *Adeps muſtelæ,* |
| Arſenico, | | *Sublimatum.* |
| Alumini, | | *Sal foſſile,* |
| Amygdalis dulcibus, | | *Auellanæ.* |
| Axungiæ porci, | | *Medulla vituli.* |
| Ariſtolochiæ rotundæ, | | *Longa.* |
| Balauſtio, | | *Malicorium.* |
| Behen albo, | | *Radix Bugloſſi.* |

| | | |
|---|---|---|
| Behen rubro, | | *Radix Borraginis,* |
| Betonicæ, | | *Meliſſophyllum.* |
| Blito, | | *Atriplex.* |
| Butyro, | | *Oleum.* |
| Balſamo, | | *Oleum Caryophyllorum*, vel, *de Nuce Moſchata.* |
| Calamo aromatico, | | *Schœnanthum.* |
| Cardamomo, | | *Cyperus.* |
| Calaminthę, | | *Mentaſtrum.* |
| Chamædry, | | *Chamæpitys.* |
| Cinamomo, | | *Canela vulgaris.* |
| Cinnabari, | | *Minium.* |
| Carpobalſamo, | | *Cubebæ.* |
| Capillo Veneris, | | *Polytrichum.* |
| Caſſię ligneæ, | Subſtituitur. | *Cinamomum optimum.* |
| Citri ſucco, | | *Succus limonum.* |
| Coſto, | | *Angelica.* |
| Cortici radicum Capparis, | | *Cortex Tamariſci.* |
| Colophoniæ, | | *Reſina.* |
| Dauco, | | *Paſtinaca.* |
| Dactylis, | | *Ficus Maſſilienſes.* |
| Dictamno, | | *Saluia*, vel, *Scordium Creticũ.* |
| Denti apri, | | *Porcinus.* |
| Diphrigæ, | | *Æs vſtum.* |
| Dulci radici, | | *Paßulæ.* |
| Doronico, | | *Galanga*, vel, *radix Angelica.* |
| Ebulo, | | *Sambucus.* |
| Elaterio, | | *Cucumeris agreſtis ſuccus recẽs* |
| Eſulæ, | | *Turbith.* |
| Eupatorio, | | *Lichen.* |

| | | |
|---|---|---|
| Eryngio, | | *Oenone.* |
| Fœnugræco, | | *Orobus.* |
| Fœniculo, | | *Apium.* |
| Folliculis ſennæ, | | *Duplum foliorum ſennæ.* |
| Folijs myrti, | | *Eius baccæ.* |
| Folio, | | *Macis.* |
| Galangæ, | | *Acorus.* |
| Galbano, | | *Sagapenum.* |
| Gentianæ, | | *Elaterium.* |
| Helleboro albo, | | *Lapis Lazuli.* |
| Heleboro nigro, | | *Radix Tormentillæ.* |
| Hepaticæ, | | *Agrimonium.* |
| Helenio, | | *Iris.* |
| Hyſſopo, | | *Satureia.* |
| Hyoſcyamo, | Subſtituitur. | *Papauer.* |
| Iujubis, | | *Paſſulæ Damaſcenæ.* |
| Lapidi Armeno, | | *Lapis lazuli.* |
| Meu, | | *Angelica.* |
| Mandragoræ, | | *Solanum.* |
| Maro, | | *Maiorana.* |
| Myrrhæ, | | *Bdelium.* |
| Mumiæ, | | *Pyſaphaltum.* |
| Nepethæ, | | *Calamentum.* |
| Oeſipo, | | *Medulla cruris vituli.* |
| Opopanaci, | | *Ammoniacum.* |
| Omphacio, | | *Succus granatorum.* |
| Oſſi de corde Cerui, | | *Raſura cornu Cerui.* |
| Opio, | | *Meconiam.* |
| Rhapontico, | | *Rhabarbarum.* |
| Scolopendrio, | | *Ceterach.* |

| | |
|---|---|
| Saxifragiæ, | *Pimpinella.* |
| Spicæ Celticæ, | *Nardi ſpica.* |
| Sapæ, | *Vinum dulce.* |
| Xylobalſamo, | *Santalum Citrinum.* |
| Spodio, | *Ruſura eboris.* |

## CAPVT XIX.

## DE ALIQVIBVS CHYMICIS COMPOSITIONIBVS, ET ALIIS SIMPLICIVM MEDICAMENTORUM præparationibus.

### CREMOR TARTARI.

RECIPE, Tartari albi puluerati aliquoties abluti quantùm ſufficit. Coquatur lento igni cum ſufficienti quãtitate aquæ, in vaſe fictili vitreato, vſque dum cuticula in ſuperficie appareat, quæ rudicula lignea colligenda, exſiccanda ſuper chartam bibulam, læuiganda, & in vitreo aſſeruanda.

### CRYSTALLVS TARTARI.

RECIPE, Tartari albi puluerati, & aliquoties abluti quantùm volueris: bulliat cum multa aqua, coletur per chartam bibulam, exponatur frigori per noctem, aut diutiùs, & cryſtalli lateribus vaſorum accreſcent, quos effuſa aqua collige, & ſicca, & in nimbo vitreo aſſerua.

### FLORES SVLPHVRIS.

RECIPE, Sulphuris flaui à ſordibus purgati quantùm volueris: indatur vaſi terreo, in arena ſublimetur in aliud vas ſuperpoſitum, & allutatum.

## LAPIS, *vel*, SAL PRVNELLÆ.

RECIPE, Salis Nitri puri quantùm volueris: incandeſcat, & liquefiat in crucibulo: liquefacto inijce poſt interualla florum ſulphuris portiunculam, quoad nitrum à ſordibus repurgatum, & limpidum appareat: tum effundatur in lebetem circumquaque commouendum, vt ad latera congeletur in lapidem cryſtallinum, quem in aqua bulliente diſſolue; diſſolutum per manicam, aut chartam bibulam linteo ſuffultam filtrabis, & in loco frigido congelabis; congelatum in crucibulo liquefacies, & cum floribus ſulphuris depurabis, vt antè, háſque operationes ter repetes.

*Olea ſequentia diſtillentur per veſicam, ſecundùm artem, præmiſſa debita ſimplicium cum ſufficienti aquæ quantitate maceratione.*

Oleum baccarum Iuniperi.
Oleum Caryophyllorum.
Oleum Cinamomi.
Oleum ligni Rhodij.
Oleum Nucis moſchatæ,
Oleum Rorismarini.
Oleum ſpicæ.

## OLEVM CORTICVM AVRANTIORVM, vel CITRIORVM.

RECIPE, Dictarum corticum recentium quantùm volueris, donec putruerint, cum ſufficienti quantitate aquæ, diſtillentur per veſicam.

## OLEVM CERÆ.

RECIPE, Ceræ partem vnam, arenæ partes tres, liquefactâ cerâ, & admiſtâ arenâ diſtillentur ex retorta per gradus ignis.

## OLEVM LATERVM.

RECIPE, Lateres quantùm volueris, contunde, calefac, reſtinguito in oleo veteri, quo imbuti lateres in tenuiſſimum puluerem conterantur, retortæ indantur, & igne aperto diſtilletur oleum.

## OLEVM SVCCINI.

RECIPE, Succini albi, vel flaui quantùm ſatis, vt repleatur tertia pars retortæ, & diſtilletur per ſe in cineribus igne gradatim admoto.

## OLEVM SPIRITVS SVLPHVRIS.

RECIPE, Sulphuris quantùm volueris, diſtilletur per Campanam vitream loco humidiori, aëréque pluuioſo.

## OLEVM TEREBINTHINÆ.

RECIPE, Terebinthinæ quantùm volueris: diſtilletur per veſicam affusâ aquæ copiâ.

## OLEVM VITRIOLI.

RECIPE, Vitrioli Romani ad rubedinem calcinati, & triti quantùm ſatis, ex retorta lutata, vel cucurbita terrea cum amplo recipiente ſeruatis ignis gradibus.

## OLEVM MYRRHÆ.

RECIPE, Myrrhæ electæ pulueratæ quantùm ſatis: indatur albuminibus ouorum ad duritiem coctis, & in loco humido ſoluatur in liquosem oleaginoſum.

## LIQVOR PLVMBI.

RECIPE, Ceruſæ quantùm volueris: affuſo aceto maceretur, & tinctura filtretur per chartam bibulam.

## LIQVOR TARTARI.

RECIPE, Tartari calcinati donec albeſcat quantùm volueris; pulueratum imponatur manicæ Hippocratis laneæ, in loco frigido & humido ſuſpenſæ: ita ſoluetur in liquorem vaſe vitreo ſuppoſito excipiendum ſemélque adhuc filtrandum.

## ALOËS NVTRITIO PER SVCCVM ROSARVM.

RECIPE, Aloës ſuccotrinæ lucidæ, tritæ, quantùm volueris: ſucci roſarum pallidarum quantùm ſatis, vt in eo diſſoluatur; deinde exſiccetur, teratur rurſus, poſteà ſucco roſarum pallidarum diluatur, agitetur, diſſoluatur, & denuò exſiccetur.

## ÆRIS VSTIO.

RECIPE, Æris laminas quantùm volueris: immittantur in fictili, interiecta inter duas laminas ſufficienti quantitate ſulphuris puluerati, ſic vt paretur S S S ſtratum ſuper ſtratum: tum igne vrantur: cinis relictus aquâ calidâ ſępiùs effusâ edulcoretur.

## CALCIS ABLVTIO.

RECIPE, Calcis viuæ quantùm volueris: teratur, & in catino copioſæ aquæ dulci miſceatur multa agitatione; cúmque in fundo reſederit, mutetur aqua, & commiſ-

ceatur denuò, ídque repetatur aliquoties, tandem roſacea affundatur, & calx ſiccata aſſeruetur.

## CHALYBIS PRÆPARATIO.

RECIPE, Chalybis quantùm volueris: irroretur aceto vini acerrimo, & ſiccetur ad ſolem, ídque toties repetatur, donec ſuper porphyritem affuſo parum aquæ cinnamomi poſſit teri in puluerem impalpabilem, vt alchool, quod duodecima fere lotione fit.

## CORNV CERVI, EBORIS, ALIORVMQVE OSSIVM PRÆPARATIO.

RECIPE, Oſſa quæ, & quantùm volueris, in fruſta ſecta comburantur in crucibulo, donec penitus albeſcant: ſubtiliſſimè trita lauentur aliquoties aquâ roſaceâ: tandem ſuper marmor læuigata formentur in trochiſcos.

## CORIANDRI SEMINVM PRÆPARATIO.

RECIPE, Seminis Coriandri quantùm volueris: macerentur horis viginti quatuor, in aceto acri, deinde ſiccata recondantur.

## LAPIDIS LAZVLI PRÆPARATIO.

RECIPE, Lapidis Lazuli quantùm volueris: vratur in crucibulo, deinde teratur, & toties aquâ primùm communi, deinde cardiaca, vt Scorſoneræ, Cardui benedicti, aliáve abluatur, donec aqua limpida poſt lotionem remaneat.

## LAPIDVM PRETIOSORVM, CORALLORVM, ET MARGARITARVM PRÆPARATIO.

RECIPE, Margaritarum quantùm volueris, in mortario & piſtillo porphyretico, additis aquæ roſaceæ guttulis quibuſdam tamdiu molantur, dum in tenuiſſimum puluerem redactæ fuerint, deinde ſiccentur parum, & redigantur in paſtillos.

## OPII PRÆPARATIO.

RECIPE, Opij quantùm volueris: diſſoluatur in ſpiritu vini, ſolutum percoletur, & vaporetur in conſiſtentiam mellis.

## PLVMBI VSTIO.

RECIPE, Plumbi laminarum tenuiſſimarum quantùm volueris, ſulphuris quantùm ſatis, fiat SSS trina ſtrata in fictili nouo; ignem ſuccendito, flagrans plumbum ſpata ferreâ verſato, donec prorſus in cinerem redigatur.

## EVPHORBII PRÆPARATIO.

EVphorbium ab omni ſorde, & fece repurgatum in exigua fruſtula redigatur, ſuperaffusâ ſucci Limonu m optimè depurati quantitate tantâ, quæ Euphorbium tribus, vel quatuor digitis excedat. In balneo Marię feruente ſimul reponantur, donec Euphorbium à ſucco diſſolui videatur: tunc per linteum mundum coletur, & iterum balneo Mariæ committatur, vt diſtillatione omnis humiditas ſucci diſſipetur; ſic Euphorbium in fundo manebit depuratum, omnis caloris exſuperantis, & venenatæ qualitatis expers.

## SCAMMONII PRÆPARATIO.

RECIPE, Scammonij puluerati quantùm volueris: indatur in cidonea excauata, quæ paſtâ obducta in furno, vel cineribus aſſetur, & poſteà exemptum ſcammonium

ſeruetur vſui:vocatur Diacridium, vel paſſim Diagridium.

### TVTHIÆ PRÆPARATIO.

RECIPE, Tuthiæ Officinarum, vel Cadmiæ Græcorum quantùm volueris: ter in crucibulo candefacta, ter aqua roſarum extinguatur: deinde ſuper marmor in ſubtiliſſimum puluerem, pollinémque læuigata cum aqua roſarum redigatur in paſtillos.

### VITRIOLI CALCINATIO.

RECIPE, Vitrioli puluerati quantùm volueris; in vaſe terræ non vitreato igne moderato exſiccetur ad albedinem, fortiter agitando ne adhæreſcat, & lapideſcat: poſteà igne aucto per horæ quadrantem, vratur ad rubedinem.

### SAL ABSINTHII, &, CARDVI BENEDICTI.

HErbæ ſiccatæ vrantur in cineres albos ex quibus per aquam calentem ſalſedo extrahitur, lixiuium filtratur lento igne, exſiccatur in ſalem, qui vt purior reddatur iterum ſoluendus, filtrandus, & coagulandus.

## CAPVT XX.

## MONITA CIRCA COMPOSITIONES PVRGANTES.

MVlta cùm ſuperuacua eſſent, non intelleximus, niſi cùm deeſſe cœperũt; vtebamur illis non quia debebamus, ſed quia habebamus. Quàm multa autem paramus, quia alij parauerunt quia apud pleroſque ſunt? Inter cauſas malorum eſt, quòd viuimus ad exempla, nec ratione componimur, ſed conſuetudine abducimur. Quod ſi pauci facerent, nollemus imitari: cùm plures facere cœperunt, quaſi honeſtius ſit, quia frequentius, ſequimur: & recti locum apud nos

tenet error, vbi publicus factus eſt.

Quare in hoc Codice Medicamentario non omnes vete-rum monumentis tritas compoſitiones, ſed pręcipuas dum-taxat deſcripſimus, inuulgata earum nomina retinuimus, ſed non ijſdem vtique ſimplicibus, aut ponderibus; quando-quidem vt aptiores eſſent curandis morbis, quædam in ple-riſque commutanda fuerunt.

Ita in Catholico veteri malè coquitur rheum-barbarum, & Caſſia, quæ cum Tamarindis aceſcit, ac totam fere com-poſitionem corrumpit.

Diaprunum tum ſimplex, tum compoſitum, cùm maximè refrigerare debeat, & febribus conuenire, aromata plurima continet calida, quæ etiam in compoſito ſcammonij acri-moniam exaſperant: ambobus carere poſſumus.

In Diaphœnico, quia infuſio palmularum in aceto fieri præcipitur, quæ ſaporem horrendum præ ſe fert, ventricu-lo & vtero officit, ſuadeo vt deinceps illa fiat in hydromelite.

In confectione hameck, fruſtra myrobalani geminantur, in decocto primùm, deinde rurſus in puluere reponuntur cum alijs puluerandis. Rheibarbari cocti vis perit, Caſſia & Manna cum Tamarindis ſi coquantur corrumpuntur. Scam-monij cocti vis exoleſcit, nec facilè alijs permiſcetur: facilior eſt propoſita confectionis hameck, & tutior deſcriptio.

Ad detrahendas aquas hydropicorum, Fernelij hydrago-gum minus deſcripſimus, cuius vtilitatem quiuis ex ſimpli-cium viribus conijciet.

Omnes Trypheræ Meſuës minimè ſunt delicatæ, vt no-minis acceptio, intellectióque portendit, ſed guſtu, & calo-re ingratæ, nec viribus commendabiles; vſurpabantur olim rarò teſte Meſuë, nunc rariùs; & verò myrobalanis recen-

tibus caremus, à quibus vis plurima medicamenti expectabatur. Sarracenis & Perſis eas relinquamus. Tripheræ magnæ, Eſdræ magnæ, Aureæ Alexandrinæ, Aſthanaſię, ſubſtitui debent Theriaca & Mithridatium, quæ magis proſunt ad principes partes corroborandas.

Pilulis, Opiatis, & compoſitioni Nepentes addi debet Caſtoreum, cui cum Croco præcipua eſt vis emendandi Opij malignitatem.

## PONDERA.

Hordei granum modicè craſſum, cuius ſignum, gr. j.
Scrupulus pendet grana viginti, cuius ſignum, ℈. j.
Drachma continet ſcrupulos tres, cuius ſignum, ʒ j.
Vncia pendet drachmas octo, cuius ſignum, ℥ j.
Libra medica eſt vnciarum duodecim, cuius ſignum, lib. j.

*Poſterorum negotium ago, ſalutares admonitiones & mendicamentorum vtilium compoſitiones litteris mando.* Seneca, Epiſt. viij. lib. 1.

FINIS.

BIBLIOTHÈQUE UNIVERSITAIRE TOULOUSE

